אוֹצַר לְשׁוֹן הַקּוֹדֶשׁ

THESAURUS LINGUÆ SANCTÆ

Compendioſè ſcil. contractus,

Planè tamen reſeratus, pleneque explicatus:

SIVE,

CONCORDANTIALE LEXICON

Hebræo-Latino-Biblicum:

In quo, Lexica omnia *HEBRAICA*, huc uſque edita, Methodicè, Succinctè, & quaſi Synopticωs, exhibentur;

UNA CUM

CONCORDANTIIS HEBRAICIS;

In quibus, univerſæ, & ſingulæ voces *Hebræo-Biblicæ*, (cum locis ſuis, quibus, in Textu, occurrunt,) interpretatæ ſunt, & expoſitæ; Atque etiam, Grammaticè, ſub ſuis propriis *Radicibus* quibuſlibet, reſolutæ; Ad faciliorem, magiſque commodum Studioſorum, & *Hebræo-Philologicorum*, uſum & progreſſum, in *Lingua Sancta Hebraica* diſcenda, vel docenda.

OPUS, jamjam, cum Deo Opt. Max. ad umbilicum perductum;

Quale verò, (in univerſa *Biblia Hebræa*,) nunquàm antehâc, à quoquam attentatum, nedum perfectum & editum; *&c.* Prout in *PRÆFATIONE* ſequente pleniùs explicatur:

A *GULIELMO ROBERTSON* A. M.

LONDINI,

Excudebat *Samuel Roycroft*, In Linguis Orientalibus, Typographus Regius.

Impenſis *Georgij Sawbridge*; apud quem proſtant Venales, ad Inſignia Bibliorum, in vico vulgò vocato, Ludgate Hill.

MDCLXXX.

x492.93
R54L

VIRIS,

In Republica Literaria, longè præclarissimis,

Universis, scil. & singulis, ACADEMIARUM omnium, In toto Orbe Christiano, verè Christianarum; Atque speciatim, inter eas,

Academiarum maximè illustrium, Celeberrimæ,

Viz. simul & Antiquissimæ,

OXONIENSIS

ACADEMIÆ, ET

CANTABRIGIENSIS,

GYMNASIARCHIS Piis & eruditis; ut &, Doctoribus, in iis,

Et Professoribus Doctissimis; Aliisque omnibus Viris hujusmodi Egregiis, Literatis, & Cordatis; Præsertim,

Sacrosanctæ Linguæ HEBRAICÆ Studia,

Et ingenuos, in ea Lingua discenda,

Studiosos, in eaque docenda, Didascalos sedulos & expertos,

Maximo favore prosequentibus, atque benignissimè foventibus;

CONCORDANTIALE hoc LEXICON,

HEBRÆO-LATINO-BIBLICUM;

OPUS, nunc primùm in Lucem editum;

Et quale, antehâc, ad *SACROSANCTI HEBRAICI* Textûs intelligentiam,

Adeò facilem, aliud nunquàm extitit æquè commodum & accommodatum;

(Fore, SPERANS, ut, sub hujusmodi Virorum Clarissimorum benignissimis auspiciis, DIVINIS, interim, adspirantibus auxiliis; Sancta hæc Linguæ SACROSANCTÆ Studia, Imposterùm, indiès reddantur crescentia, & magis magísque florentia;)

DICAT, & DEDICAT,

Studiorum HEBRAICORUM, &, in iis, Studiosorum Piorum, Fautor Cordatus,

GULIELMUS ROBERTSON.

1086201

GULIELMI ROBERTSON
In CONCORDANTIALIA hæc LEXICA Hebræo-Latino-Biblica,
(de uſu ſcil. & utilitate hujus Operis, in ſtudiis Hebraicis)
PRÆFATIO.

[Cui etiam ſubjunguntur quæ Vir eruditiſſimus, D. D. *Johannes Buxtorfius*, filius, in *Concordantias* patris ſui clariſſimi *Hebraicas* de uſu *Concordantiarum*, præcipuè Hebraicarum, præfatur.]

JAM tandem, prodit, in publicum, opus hoc, tamdiu, literatis, omnibus, primævæ; atque ſacroſanctæ (quia θεοπνεύστου) linguæ Hebreæ ſtudia proſequentibus, deſideratum & ardenter exoptatum; viz. Concordantiale Lexicon Hebræo-latino-biblicum; in quo opere, prout jam, præ manibus, (כְּיַד אֱלֹהַי הַטּוֹבָה עָלָי) eſt exornatum; quænam, quot, & quanta ſtudioſis Philo-hebræis, præparentur adjumenta, ad intelligenda Dei ipſius verba, in vetere canone Hebræo nobis deſcripta, dici, vel explicari, haud poteſt facilè. (Præcipua autem hujuſmodi hîc recitabuntur;) namque,

I. Omnia Lexica, ad Hebræi Canonis intelligentiam, huc uſque edita, tam vetera Hebræorum Rabbinorum, quàm recentiora, Doctorum Chriſtianorum, hîc, in unico hoc Volumine, eoque non adeò magno, methodicè, ſuccinctè, & quaſi ſynopticè diſpoſita, ſtudioſis exhibentur; unà cum Authorum Lexicographorum nominibus, (poſt eorum verba) contractè deſignatis: ita ut unicum hoc Volumen, (in quarto) ſit plenè inſtar, & æquipolleate planè loco, tot ac tantorum Voluminum, in foliis, in quartis, & in octavis, &c. ab eorum eruditis authoribus, editorum; idque ſtudioſorum uſui ac commodo pari penitùs & æquali, cum iis omnibus ſegregatim acceptis, acquiſitis, & uſui ſic ſingulatim, (ac proinde multo majore cum tædio, & diſpendio, temporis) applicatis; prout hujus uſu Voluminis apertè manifeſtabitur; (& infrà ſpeciatim etiam magis explikabitur;) adeo ut qui unici illius, reliquorum etiam omnium, uſum, praxim, & exercitium habeat; (idque, ut dictum, minore multo, pretij, temporiſque diſpendio;) atque illud unicum reliquorum omnium præbeat, quaſi, Bibliothecam; eaque ſigillatim ſtudioſis, præſertim non benè nummatis, ſupervacanea reddat.

Deinde II. quicunq; loci, in ipſo ſacro textu, paulò difficiliores occurrunt, (præcipuè, quorum difficultas à vocibus, aut phraſeologiis, Hebraicis oritur, aut originem ducit,) & ab hiſce Lexicographis, in ſuis operibus, explicantur; eorum etiam explicationes & commentarii, in hoſce locos textûs ſacri difficiles, hîc, in eorum itidem verbis, ſuccinctè ſtudioſis exhibentur, & in eorum gratiam, & uſum, dilucidè deſcribuntur. Ex quorum virorum eruditiſſimorum ſacroſancti textûs explicationibus, non exigua, imò, perutilis & magna literaturæ Hebraicæ notitia, lectoribus cordatis erui, intelligi, & obſervari, poteſt. Denique, ut iterum, paucis dicam, quicquid, in omnibus Lexicis Hebraico-latinis, veteribus & neotericis, hucuſque editis, lectu, intellectu, atque obſervatu, præſtantius habetur, hîc, in hoc unico Lexico, ſimul & planè, pleneque ſtudioſis ingenuis, & eorum uſui perfacili, adaptatur.

Sed præterea, ac præcipuè; III. præter omnia, quæ in Lexicis prædictis continentur, omnibus; in hoc, etiam, univerſæ Concordantiæ Buxtorfianæ Hebraicæ, eæque, in tyrocinio etiam Hebraico verſatorum captui, facillimè, perſpicuè, breviterque accommodatæ, luculenter adornantur: adeò ut, Volumen illud magnum, præclarum, & mirandum, clariſſimi, ſimul & eruditiſſimi, illius viri, maximique Rabbini Chriſtiani, D. D. Joannis Buxtorfij patris, immenſo penè labore & ſtudio exantlatum, & clariſſimi etiam viri, nec minùs eruditi, D. D. Joannis Buxtorfij filij, diligentiâ accuratâ, & eruditione ſummâ, in lucem editum; licèt fit opus, ad textum Hebraicum intelligendum, & reſolvendum, ante alia omnia, longè utiliſſimum; & licèt jam, quinquaginta plus minùs annis, in lucem fuerit editum; attamen, literatis etiam orbis Chriſtiani perpaucis, fit notum, & multò paucioribus, (ob uſum ejus ſtudioſis non adeo promptum & facilem,) uſitatum, & exercitatum: Jam verò, in hoc præ manibus opere, tyronibus etiam quibuſvis, in Hebræo pulvere grammatico, aliquatenùs tantùm exercitatis, obvium admodùm, & ad uſum facile penitùs & promptum, exhibeatur; ita ut, jamjam, Concordantiæ Hebraicæ, earumque πράξεις, æquè ac aliarum Concordantiarum exercitia, perfacilè poſſint intelligi, & uſui ſtudioſorum, ad textum Hebræum intelligendum, accommodari.

Deinde IV. illud in hoc Volumine continetur, quod, ſtudioſis in tyrocinio Hebræo verſantibus, utiliſſimum fore reperietur; (etſi nunquàm antehâc, in univerſa Biblia Hebræa, à quoquam Authore, in ullo opere publici juris facto, præſtitum, aut attentatum erat;) in eo namque, non ſolùm radices, & ab iis derivatæ variæ Conjugationes, & nomina Verbalia ab iis deducta, (ut fieri ſolet, in editis pleriſque Lexicis) deſcribuntur; ſed & præterea, unumquodque textûs ſacri vocabulum Hebræum, non ſolùm exhibetur expoſitum, & interpretatum, ſed etiam Grammaticè (ut fieri ſolet à præceptoribus, in diſcipulis ſuis verbatim & viva voce docendis) reſolutum & explicatum: i. e. non tantùm ipſæ Conjugationes Kal, Niphal, Piel, &c. in unaquaque radice occurrentes, aut pauca quædam earum Conjugationum tempora, prætt. vel fut. &c. unà cum nominibus, ab hiſce radicibus, & Conjugationibus earum, derivatis, exemplificantur; (quod, ut dictum, in Lexicis fieri ſolet aliis;) ſed etiam omnes perſonæ utriuſque numeri, quæ in quocunque tempore cujuſvis Conjugationis, & à quacunque radice, in textu occurrunt, ſimul cum omnibus nominibus, in utroque numero, & in utraque nominum forma, ſimplice, ſcil. ſeu abſoluta, & conſtructa, ſeu in regimine; cum omnibus itidem verborum & nominum præfixis

fixis & affixis, prout in textu leguntur, hîc non tantùm deſcribuntur & interpretantur, ſed & ad analogiam Grammaticam reſolvuntur & explicantur. Ita ut hîc planè & clarè indicetur, quomodo omnes & ſingulæ voces Biblico-hebreæ ad radices ſuas proprias, ſive perfectas, ſive quieſcentes & defectivas, reducantur, & in qua Conjugatione, in quo cujuſque Conjugationis tempore, in qua cujuſque temporis perſona ſingulariter vel pluraliter, unumquodque verbum, & in qua forma & numero, unumquodque nomen, ſicuti venit in textu Hebræo, explicetur; & uniuſcujuſque vocis in eo occurrentis ipſa Grammaticalis inflexio exhibeatur. V. g. ſi quævis occurrat vox Hebræo-biblica, in præterito, vel futuro, in Imperativo vel Infinitivo Conjugationis Kal, Niphal, Piel, Pual, Hiphil, Hophal, vel Hithpael, & in prima, ſecunda, vel tertia perſona ſingularis, vel pluralis numeri, in genere maſculino vel fœminino, &c. ſic breviter, ad ſtudioſorum faciliorem praxin & uſum, deſcribitur, & Grammaticè reſolvitur; in præt. vel fut. Kal. vel Niph. Hiph. vel Hoph. aut Hithp. &c. 1. aut 2. aut. 3. ſing. vel pl. maſc. (m.) vel fœm. (aut f.) occurrit, vel, occ. talis vel talis vox Hebræa; quæ poſteà diſcribitur, ſignificatio ejus exprimitur, & loci ubi talis vel talis vox in quolibet libro, capite, vel Pſalmo ſacri textûs, legitur, notantur: & ſic ubi quælibet vox venit in Imper. Kal. Niph. Hiph. vel Hithp. &c. ſing. vel pl. m. vel f. aut in Infin. Kal. Niph. &c. vel in part ben. (i. e. benoni) vel Pahul, Kal, &c. in ſ. vel pl. m. vel f. &c. prout etiam ſi vox aliqua Hebræa in textu veniens, ſit nomen aliquod radicale, aut derivatum à quacunque radice, ſic etiam reſolvitur; eſt no ſ. vel pl. m. vel. f. in forma abſol. vel conſtr. (abſoluta vel conſtructa) &c. Deinde ſignificatio ejus exprimitur, & loci ejus adnotantur, &c. idque etiam, ſi vox aliqua Hebræa, verbaliter, aut nominaliter, veniat in textu, ſimpliciter, ſeu in ſimplici ejus forma, vel, cum præfixis aut affixis ejus quibuſlibet; eodem, quò legitur in textu, modo, ſic, hîc deſcribitur; hujuſmodi vox occ. ſimpl. vel cum præf. aut aff. quæ itidem ſpecificantur, & loci ubi ſic occurrunt tales voces cum præf. & aff. ſubjiciuntur. Atque ſic, ut ſuperiùs dictum, eodem planè modo, Hebrææ voces hîc explicantur, ac ſi præceptor quis diſcipulis ſuis, earum explicationem & grammaticam inflexionem, vivâ voce dictitaret.

Præterea V. non ſolùm voces omnes Hebrææ, quæ in textu occurrunt, regulares, i. e. juxta regularem & uſitatam Grammaticæ formam, ita hîc Grammaticè reſolvuntur, & ad radices ſuas prôprias reducuntur; ſed omnes etiam aliæ voces, quocunque modo, & ratione quâvis irregulares, i. e. juxta formam Grammaticæ minùs uſitatam occurrentes, (quales in textu multæ veniunt & frequentes, & quæ proinde, ſtudioſis difficultatem parere ſolent, in iis reſolvendis, & ad radices ſuas reducendis, non exiguam) hîc itidem ita deſcribuntur, ut earum anomalia, & irregularitas quælibet, vel in literis, ſeu conſonantibus, vel in punctis, ſeu vocalibus, vel in præfixis & affixis, &c. ſemper indicetur; & ipſis tyronibus in hiſce ſtudiis, intellectu perfacilis oſtendatur, & cum regulari, ſeu magis uſitata Grammaticæ forma vocum hujuſmodi ſic conferatur; ut talium etiam Hebræarum vocum anomalarum, & quovis modo irregularium, reſolutio, & ad proprias radices reductio, ac aliarum vocum regularium, æquè facilis ſtudioſis reddatur & exhibeatur; & loci poſteà, ubi tales voces, in textu, taliter, i. e. ἀνωμαλῶς, leguntur, vocibus ipſis ſic explicatis, adnotantur & ſubjunguntur: (licèt, in Buxtorfij) Concordantijs, hujuſmodi voces anomalæ, ſeu irregulares, ante locos earum, nudè tantùm, abſque earum anomalia notata, proponantur & deſcribantur.) Hæc autem omnia, facillimâ hâc methodo, ſic adornare ſtatui; ut ſtudioſis, præſertim hæc ſtudia ſacra initiantibus, ipſius Dei verba, (tanquam animarum ſuarum cibus ſibi præmanſus) perquam facillimè redderentur & exhiberentur intelligenda.

Denique VI. (quod literatis, &, in ſtudiis Hebraicis, licèt diu multumque exercitatis, gratum admodùm & acceptum fore anguror & arbitror) In hoc opere, non ſolùm omnes Hebreæ voces, quæ in vetere Canone Hebræo, leguntur, ita ſunt, prout antè dictis eſt expoſitum, ordinatæ & diſpoſitæ, ad facillimum ſtudioſorum uſum & exercitium; ſed præterea etiam, vocum Hebraicarum ſignificationes, ſecundùm ſingularem illam & accuratiſſimam, ſimul & (ſtudioſis) utiliſſimam methodum (in Concordantiis) Buxtorfianam, ita digeruntur; ut non ſolùm, ad initium uniuſcujuſque radicis Hebreæ, ſignificationes ejus omnes, ſimul & unà, confuſæ cumulentur, & poſteà unum aut alterum aliquod exemplum in una ſignificatione, & aliud in alia, in diverſis radicis alicujus Conjugationibus, aut nominibus ab ea derivatis, proponatur & deſcribatur; (quod tantùm in aliis Lexicis fieri ſolet, & in hoc etiam, ex iis, & eorum, ut dictum eſt, verbis, eſt factitatum;) ſed & omnes hæ variæ ſignificationes, in quacunque radice venientes, per ſeipſas, diſtinctè, & ſingulariter exhibeantur explicatæ; & voces omnes Hebreæ, ad talem vel talem ſpecialem aliquam ſignificationem, in qualibet radice, vel verbaliter, vel nominaliter, pertinentes, unà cum textûs Hebræi locis, in quibus hæ voces, in hujuſmodi aliqua ſpeciali ſignificatione, reperiuntur occurrentes, per ſeſe, ut dictum eſt, & ſpecialiter, in hoc Concordantiali Lexico, ſuccinctè diſtribuantur. Hoc ſcilicet ordine; In Bu. Conc. Rad. hæc, (ut עָבַר, חָמַם, פָּרָה, &c.) Duo, vel tria, quatuor, vel quinque, &c. (prout unaquæque radix plura, vel pauciora diſpertitur in ſignificata, quædam enim radices, in ſex, ſeptem, octo, vel decem ſignificationes aſſurgunt varias;) ſignif. i. e. ſignificat, ſeu ſignificata habet; 1. eſt, tranſire, perfectum eſſe, redimere, &c. (quomodocunque cujuſvis radicis ſignificatio exprimatur;) & poſteà ſequuntur voces omnes, tam verbales, quàm nominales, ad hanc 1. ſignificationem pertinentes, unà cum locis ſacri textûs, in quibus hæ voces, in hac 1. ſignificatione, leguntur; hoc modo; prout occ. (i. e. occurrit) hæc Rad. vel hoc verbum, in præt. vel fut. Kal. vel Niphal, &c. 1. vel 2. aut 3. (i. e. in prima, ſecunda, vel tertia perſona) ſing. vel plur. maſc. vel fœm. in loco, vel locis ſeq. (i. e. ſequente, vel ſequentibus,) quæ vox tunc deſcribitur, ejuſque ſignificatio exprimitur, locique ejus ſubjunguntur: & ſic, ſi vox aliqua, in hac prima veniens ſignificatione, ſit nomen, eodem modo reſolvitur, & ordine Concordantiali deſcribitur; ſic; prout occ. hoc No. (ut מַעְבָּר, חֲמִים, פָּרוֹת, &c.) in forma abſol. vel conſtr. ſing. vel pl. maſc. vel fœm. ſimpl. vel cum præf. aut aff. &c. loco, vel locis ſeq. quæ vox nominaliter ſic occurrens, in qualibet

bet hujuſmodi forma, ſimiliter deſcribitur, ſignificatio ejus exprimitur, ejuſque loci, ubi taliter vel taliter legitur, poſteà adnectuntur. Et ſic etiam in II. III. vel IV. &c. ſignif. voces in unaquaque ſignif. à quacunque radice, eadem hâc Methodo, ac eodem ordine Concordantiali, deſcribitur, ſignificatio ejus exprimitur, & loci ejus, in quibus legitur, poſteà ſubjiciuntur. Atque horum omnium præcedentium, exempla multa poſſent hic produci; ſed in Operis totius unaquaque pagina, varia hujuſmodi adeò frequentia veniunt; ut hæc præcedentia generalia, (cum quibus particularia, in toto libro, quælibet exempla, facilè conferri, & ad ea reduci, poſſunt,) ſic deſcripta, planè pleneque ſufficiant. G. R.

MAximam horum Indicum eſſe utilitatem, nemo eſt hodiè qui ambigat. Si quis compendio ſcire geſtit, quid quiſque Author tractat, ſi noviſſe lubet, num de hac vel illa materia aliquid notatu dignum habeat, ſi quid è memoria excidit, repetere placeat, ad Indices, veluti ad aſylum vel ſacram anchoram confugit. Quò præſtantior itaque & nobilior, quò magis neceſſarius eſt aliquis Liber vel Author, tantò quoque utilius, tanto magis neceſſarium eſt ipſi hoc auctarium.

Hinc ante aliquot ſecula piis & induſtriis in Eccleſia Chriſti viris occaſio data eſt, de Indice S. Scripturæ, *cogitandi, qui non tantùm res fruſtulatim recenſeret, ſed univerſam Scripturam per membra redderet, ad quæ facilis eſſet, ſeu ad res vel voces dubias inveſtigandas ac explanandas, ſeu ad loca Scripturæ conferenda, ſeu ad memoriam juvandam, ſive acceſſus ſive regreſſus. Indicem hunc Biblicum, tanquàm rem novam, novo quoque ceu artis vocabulo,* CONCORDANTIAS *vocarunt, & à Bibliis,* BIBLICAS, *quales diverſis temporibus, in diverſis linguis, diverſæ prodierunt.*

Concordantiarum Sacrarum utilitatem in quavis lingua eſſe maximam, ſemper omnes cordati, & diligentes Scripturarum ſcrutatores experti ſunt, & quotidiè experiuntur. Hinc de Latinis ſcribit Sixtus Senenſis Biblioth. Sanct. lib. 3. Eſt autem tanta hujus magni Indicis & commoditas & utilitas, ut quum primùm ſtudioſus Lector ipſum prudenter & cum judicio verſare didicerit, & familiariter ejus aſſuefcere cœperit, illicò ſentiat, ſe in illo inveniſſe theſaurum quendam inexplebilem, hoc eſt, univerſalem & abſolutiſſimam totius Divinæ Scripturæ expoſitionem: ex cujus uſu non minorem fructum ac delectationem capiat, quàm ſi innumeros expoſitorum commentarios evolveret.

Longè majorem autem eſſe earum uſum in Linguis Originalibus, שהר מטיהרא ריומא *luce meridianâ eſt clarius: Tales ſunt Concordantiæ Hebraeæ in Veteri, & Græcæ, in Teſtamento novo. Hæ enim ſolæ genuina, ipſaque Spiritus S. verba proponunt: Illæ, pro verſionum imperfectione talia nonnunquàm habent, quorum nec vola nec veſtigium in Textu Sacro apparet: ac ubi optimè etiam rem tangunt, tamen originalis textus elegantiam, & efficaciam nequaquàm attingunt. Hæ ſolæ bonâ fide ſimiles & concordantes voces phraſeſque Lectori exhibent: Illæ, propter Interpretis varietatem, frequenter ſub uno themate, diverſas & diſcordantes in authentico textu voces conjungunt: & contrà, unam eandemque vocem Originalem, pluribus ac diverſis ab interprete redditam, in diverſa quoque loca diſtrahunt. Adeò verum ſemper manet illud;*

Dulciùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Non immeritò proinde à viris doctis magni ſemper habitæ, æſtimatæque fuere. Prolixè hac de re agit Wolfgangus Franzius, in libro de Interpretatione Sacrarum Scripturarum, ubi inter alia ſic ſcribit, pag. 64. Potiùs carebit pius & diligens ſcrutator Scripturarum, & quidem fontium Veteris & Novi Teſtamenti, aliis libris multis. Concordantiis utriſque iſtis carere citra magnum ſtudiorum ſuorum detrimentum nequit. *Et de Hebræis ſcribit, p.* 78. De cujus libri uſu, ego uſum ipſius multiplicem & propè infinitum expertus, & laudibus, ſatis grandia effari non poſſum. Hunc enim librum in Bibliotheca Theologica poſt ipſa Biblia Hebræa, ante omnia probatiſſima Lexica, & ante omnia monumenta, ſcripta à Divinis Hominibus ſuper libros ſacros, primum locum occupare debere, mecum confitebuntur, quotquot rem ipſam tentare & continuare magno ſuo cum commodo non detrectarint. *Et in præfat.* Verùm enimvero etſi Concordantiarum uſus planè eſt abſolutus, perfectus, & divinus, &c. *Nicolaus Fullerus Anglus, vir eruditiſſimus, in Miſcellan. Sacr. lib.* 4. *cap.* 7. *ſcribit*; Concordantiarum Hebraicarum librum verè aureum eſſe, & uſum mirificum atque divinum præbere, nemo Theologiæ, linguæque Hebraicæ, tam rudis & imperitus tyro, quin probè intelligat, & in quotidiana, veteris potiſſimùm inſtrumenti lectione, magis ac magis experiatur.

Quod ſi veriſſima hæc laus prioribus confuſis & obſcuris Concordantiis attribuebatur, tantò magis certè novo huic Operi competit, quantò plus lucis & ornatus accepit per novam methodum, per vocum Hebraicarum principalium punctationem, & accuratam Latinam interpretationem, quanto etiam eſt perfectius?

Primus uſus eſt, rem vel locum quæſitum oſtendere, idque momento, aut facillimo jucundiſſimoque labore. Præſtiterunt id quidem etiam priores Concordantiæ, ſed magno cum labore & tædio, nec exiguo in prolixioribus radicibus cum temporis diſpendio. uſus hîc permagnus eſt tum in memoriæ defectu, tum in Authorum lectione. Ea enim eſt memoriæ noſtræ imbecillitas, ut quamvis ſenſum locorum Scripturæ teneamus, verba ipſa tamen & locum vix retineamus. Hæret interim una vel altera vox. Illam ſi quis in vulgaribus Concordantiis quærat, tota Radix & omnes libri ſunt percurrendi. Si autem illa ſit prolixa, ut eſt, אָמַר, בָּבַר *&c. quanta id moleſtia? Hîc ſi ejus formam intelligat, ſtatim & ejus ſedem novit. In Authoribus verò legendis quantum hoc quærendi compendium juvat? Solent enim multi verba Scripturæ allegare, ſine ulla Authorum, vel librorum vel capitum commemoratione. Perpetuum hoc in Hebræorum commentariis, & in Maſora. unde illorum lectio Concordantias plus quàm Diomedæa requirit neceſſitas. In Commentariis ſuis frequentiſſimi ſunt Hebræi in allegandis Scripturæ dictis. Quod faciunt ſine ulla characteris variatione,*

tione, sint ulla libri mentione, sæpè etiam sine ullo signo vel phrasi id significante, aut præmonente, præsertim quando plura testimonia accongerunt. Unde magnæ sæpè tenebræ, quæ vix aliâ, quàm Concordantiarum luce possunt discuti. Exemplis brevissimis rem declaremus & comprobemus. Nam res ita nota est, ut prolixis non sit opus. R. D. Kimchi Amos 6. v. 8. scribit ad hæc verba, נִשְׁבַּע יְהוָה בְּנַפְשׁוֹ; Juravit DOMINUS per animam suam: בְּעַצְמוֹ כמו בי נשבעתי וכן אשר לא נשא לשוא נפשו: *h. e.* Per seipsum sicut per me juravi & sic qui non effert ad vanitatem animam suam. *Sensus est:* Per animam suam, *in verbis textus idem esse quod* Per seipsum. *Et ad hoc illustrandum, afferuntur duo Scripturæ loca, quorum primus est,* בִּי נִשְׁבַּעְתִּי Per me juravi: *alter,* לֹא נָשָׂא לַשָּׁוְא נַפְשׁוֹ Non effert ad vanitatem animam suam. *Liber autem & locus non indicantur. Ad Concordantias ergo recurrendum. Prior nullibi quæri potest nisi in Radice* שָׁבַע. *Si veteres habeas Concordantias, tota radix ab initio percurrenda, quia librum ignoras. In novis statim ad* נִשְׁבַּעְתִּי, *quod est Prima persona præteriti Niphal, te conferes, & quod quæris, momento invenies. Sic alterum locum quærere oportet vel in Rad.* נָשָׂא, *vel in* שָׁוְא *vel in* נֶפֶשׁ. *Quòd si inter has tres voces unius duntaxat formam assequaris, locum invenire tibi erit promptissimum: ut; facillimè agnoscitur, quid sit* נַפְשׁוֹ, *nomen vix.* נפש *cum affixo* ו'. *Ad illam itaque vocem recurras, & quod in veteribus Concordantiis diu quærendum esset, hîc statim invenies, quia hujus formæ non adeò sunt multa. Et hîc nota, ut illam semper vocem in quærendo eligas, quæ vel tibi est notior, vel cujus formæ pauciora exstare arbitraberis. Et sic enim facilius res succedet. Sic ib. v. 7. ad vocem* וְסָר *scribit Kimchi:* וסר לשון קריבה, כמו סורה שבה פה אסורה, נד, ואראה *h. e.* וסר est significationis appropinquandi sicut appropinqua sede huc appropinquabo nunc & videbo. *Ita de verbo ad verbum sonant & scripta sunt Hebræa. Docet his verbis, verbum* סָר *in hoc loco significare idem quod* קָרַב, *h. e.* Accedere, Appropinquare, *& hoc confirmat duobus scripturæ dictis, in quibus hoc verbum idem significat, sed cohærentibus, & sine ulla distinctione propositis. Hæc & similia, quæ in singulis paginis occurrunt, nullâ quàm Concordantiarum ope investigari possunt. Illæ docebunt, num hæc verba in uno loco, an in diversis contineantur. In his ergo inquirendis, ad formam & significationem vocum est attendendum, quâ agnitâ, omnis difficultas & quærendi molestia jam est superata.*

Secundus usus est, quòd continent Lexici Hebraici formam absolutissimam: ita ut incertum sit, rectiusne Concordantiarum quàm Lexici vocabulum illis accommodari possit. Continentur enim in eo non solùm distinctè Omnes Radices cum suis derivatis omnibus, sed & singularum vocum formæ universæ, appositis statim singulorum vocabulorum locis, in quibuscunque per universam Scripturam occurrunt, quod in nullo hactenus Lexico factum. Usus hujus rei est magnus. Primò enim hinc discere & videre possunt tyrones, non solùm quid singulæ radices aut vocabula in absoluta & regulari sua forma significent, sed singulorum vocabulorum in textu sacro sub quacunque formâ occurrentium interpretationem propriam & accuratissimam. Nota est sæpè vocis alicujus significatio: sed non statim constat discentibus, (neque etiam semper doctis) quomodò in hoc vel illo loco sit reddenda. Absolutè id potest disci ex hoc libro. Si Psalmum vel textum Sacrum legant, nulla occurret vox, quam non ipsammet hîc & punctatam & explicatam reperient. Quantum verò hoc subsidii, quantum adjumenti! Ex. Gr. Psal. 3. v. 2. ita habet; בְּקָרְאִי עֲנֵנִי אֱלֹהֵי צִדְקִי בַּצָּר הִרְחַבְתָּ לִּי חָנֵּנִי וּשְׁמַע תְּפִלָּתִי: *Prima vox* בְּקָרְאִי *est infinitivus cum præfixo* ב *& affixo* ו'. *In Lexicis reperies significationem quidem ipsius radicis* קָרָא, *sed hanc ipsam vocem & hoc exemplum, modumque illud exponendi fortè non reperies. Hîc istam quoque formam cum vera & genuina significatione habes,* בְּקָרְאִי In invocare me. *Sic* עֲנֵנִי *in Radice* עָנָה *invenies,* עֲנֵנִי Exaudi me. *Et sic reliqua singula. Deinde potest hinc Lexicorum imperfectio, sicubi deficiunt, perfici & compleri, quinimò illorum errores juxta hanc quasi Regulam emendari. Vera vocis alicujus significatio certius & melius non potest dijudicari, quàm ex singulorum exemplorum consideratione & collatione. In nullo autem hactenus libro, præterquam in isto, id habebatur. Hinc scribit Franzius de Interpret. Script. p. 64.* Ut autem de cerritudine Lexicorum Hebræorum magis reddaris securus, & sicubi Lexica imperfecta sunt ipsa, quod nemo negare potest, & experientia nimium convincit, imperfectionem illam videre, agnoscere & corrigere queas, duos tibi commendo libros, quorum utilitatem immensam satis laudare non possum; videlicet Concordantias Hebræas super Vetus Testamentum, & Concordantias Græcas super Novum Testamentum.

Atque hunc usum præstant Concordantiæ circa verborum considerationem. Quòd si nunc etiam vellem exponere usum, qui exinde ad rerum ipsarum intelligentiam exsurgit, novus dicendi campus se mihi aperiret.

Ad versiones Scripturarum probandas, ad illarum diversitates & discrepantias examinandas & conciliandas, ad errores tollendos, imo ad novam etiam versionem cudendam, quodnam quæso commodius subsidium excogitari potuisset? Ad loca Scripturæ dubia & obscura excutienda, illustranda, quid magis utile, quàm similes voces, phrases & sententias conferre, atque ita ex uno de alio, ex clariori de obscurioribus judicare? Atqui id hîc perfectè exhibetur, quod nullus Commentarius, nullus alius liber tibi præstabit?

Sed hæc, & alia quæ adhuc dici possent, certo consilio nunc præterto, & Lectori ipsi pensitanda relinquo. Usus ipse opinione plura cuivis monstrabit.

Atque hæc, ex *Cl. Buxtorfio filio*, de usu, & utilitate *Concordantiarum Hebraicarum* ad *Textum Hebræum* intelligendum: Quæ etiam, pro *Præfatione*, in hoc opus subsequens dicta sufficiant. Methodus autem, & ordo hujus operis, suprà, in *Præfatione* præcedente, satis indicatur. *Authores* verò in unaquaque ferè sequentis Operis pagina citati, sunt, Nominibus etiam suis, non solùm insigniter clari & illustres; sed etiam communiter, & vulgò satis, in Orbe literato, noti: Quales sunt, inter *Judæos, Rabbi David Kimchi, Aben Ezra, Salomoh Jarchi, R. Levi, R. Moschoh, Abarbanel*, &c. Et, inter *Christianos, Munsterus, Pagninus, Forsterus, Avenarius, Marcerus, Cevalarius, Buxtorfius, Coccius*, &c. Quos, vel nominâsse, satis est.

DIS-

DISSERTATIO PHILOLOGICO-THEOLOGICA;

De decem *DEI NOMINIBUS HEBRAICIS*, Quorum D. Hieronymus meminit. In quibus non pauca se offerunt Philologiæ, Theologiæ, & Antiquitatis Studiosorum disquisitione digna.

QUum de Dei nominibus Hebraicis, in Sacrosancto Textu Hebræo, usitatis, variæ solent moveri, & agitari quæstiones; (de notionibus scil. significationibus, proprietatibus, & numero eorum, &c.) quumque hæc nomina Divina, (tanquam tantùm eorum radicibus, à Lexicographis, describantur, & explicentur; ità ut à paucis tantùm, (tametsi quàm in studiis Hebraicis, non parùm exercitatis,) notum esse possit, quot, quænam, aut qualia sint, quidve significent, & in quibus Radicibus locata reperiantur, &c. Ad hæc, & alia hujusmodi, de Nominibus Dei Hebraicis intelligendis, incommoda, è medio tollenda; conducibilius, & studiosis ingenuis gratum magis & acceptum, nihil videbatur, quàm ut prædicta hæc Dei Nomina, in Hebræo Textu multoties occurrentia, in tractatu, de iis, speciali, per se, sigillatim, seorsim & separatim, hic, ad initium hujus operis, Lectoribus exhiberentur descripta, & explicata. Ad hoc autem institutum prosequendum, Dissertationem Viri clarissimi, eruditissimique, D. D. Joh. Buxtorfii, filii, accuratissimam, de Dei Nominibus Hebraicis, &c. accommodatissimam, & studiosis utilissimam, judicavi; utpote, in qua, scitu dignissima, quæcunque, de hisce Nominibus Dei Hebraicis, apud Lexicographos, sparsim, & sub variis Radicibus digeruntur, eruditè, accuratè, methodoque distinctâ & perspicuâ, ex ipso sacro Textu Hebræo, & ex Doctorum & Rabbinorum maximè illustrium in Textum Commentariis, dilucidè describuntur; & sub uno supra-scripto hos titulo, de decem Nominibus Dei Hebraicis, *&c. in genere continentur, & succinctè comprehenduntur. Cujus Dissertationis præcipua, & ad intelligenda hæc Nomina Divina, maximè necessaria, utilissimaque sequuntur.*

VErissimum est illud Servatoris nostri, qui ipsa est veritas, effatum: Hæc est vita æterna, ut te cognoscant verum Deum, &c. Joh 17.3. In qua quidem cognitione, licet imperfectâ in hac vita, (quia monente Apostolo, hîc ex parte tantùm cognoscimus, 1 ad Cor. 13.12.) summum hominis Christiani bonum positum est; juxta illud Prophetæ; Ne jactet se sapiens, &c. sed in hoc glorietur, qui gloriari vult, quòd intelligat & cognoscat me, Jer. 9.22.

2. Cùm vero Deus in se & essentia sua consideratus cognoscatur à nobis, vel ex nominibus, vel ex attributis propriis, non potest non utilissima esse utraque consideratio.

3. Nos itaque in præsentia de Nominibus Dei, ex infinitis, quæ de hac materia dici & scribi possent ac solent, missis illis, quæ ad sublimiorem Theologiam spectant, mysticis item & Cabalisticis speculationibus, quædam duntaxat, & quidem maxima ex parte Philologica, quæ S. Theologiæ, & sanctæ linguæ studiosis potissimùm scitu necessaria & utilia sunt, delibare constituimus.

4. D. Hieronymus in Epist. ad Marcellam, decem, ex Hebræorum sententia, enumerat Dei nomina' אל, אלהים, אלוהי (vel אלוה singulare) צבאות, עליון, אהיה, ארוני, יה, שדי, יהוה, יהו. Totidem etiam numerant Hebræorum Cabalistæ, sed paulò aliter ea recensent.

5. Possunt autem enumerata nomina Divina ad duas potissimùm revocari classes: quædam enim desumpta sunt ab essentia Dei: ut אהיה, יה, יהוה: quædam ab effectis & attributis ejus, ut sunt cætera nomina. Et hoc ordine nos quoque strictim ea pertractabimus.

[I. Classis.] 6. Inter essentialia nomina, quæ tria esse diximus, primum locum assignavimus nomini יהוה, tanquam omnium sanctissimo, Deum ipsum maximè proprie & diserte, ab æterna & independenti existentia denominanti.

7. Hoc nomen variis Epithetis ab Hebræis insigniri solet. Et primò quidem vocatur שם העצם, vel שם ההויה, nomen substantiæ, vel essentiæ, κατ' ἐξοχήν. Derivatur enim à radice היה vel הוה (nam utraque in lingua Hebræa est usitata) esse, existere. Jod ab initio est formativum nominum propriorum, ut in יצחק, יעקוב, & aliis, desumptum ex tertia persona futuri. Unde יהיה est ens, existens à seipso, ab æterno, & in æternum, omnibusque aliis extra se essentiam & existentiam communicans. Nam ille revera est, qui a seipso est, & ab æterno, cæterisque omnibus esse largitur. Rabbi Berachiel, citante R. Jehudah Muscato in Cosri, f. 42.2. col. 2. vult שם העצם explicandum esse: Nomen quod est substantia. Sic enim ait, Vocârunt nomen Tetragrammaton שם העצם, h.e. שם שהוא עצם. Sic explicârunt sapientes שם העצם; non, ut R. Moses in lib. more; שם המורה עצמותו nomen docens essentiam Dei: quemadmodùm hæc phrasis intelligitur de creaturis usurpata. Nam in creaturis, ipsæ & nomen earum sunt duæ diversæ res, sed quoad Deum benedictum, ipse est nomen ejus, & nomen ejus est ipse.

8. Hanc nominis istius sanctissimi notionem divinè expressit Johannes, verè hac in parte θεόλογος, h.e. Dei interpres, in Apoc. 1.4. quando scripsit, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη, ἀπὸ τοῦ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος: Gratia sit vobis ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est: & v. 8. dicit Dominus; (Hebraice אמר יהוה quod legitur אמר ארוני dicit Dominus) quia autem hæc lectio nominis יהוה per ארוני vim nominis essentialis non exprimit: idcircò porrò additur, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ.

9. In qua explicatione notandum, ὁ ἐρχόμενος idem esse quod ὁ ἰσόμενος, ex ratione loquendi Hebræa. Illi enim hoc vocabulum futurum, exprimunt vel, per עתיד simpliciter, vel per עתיד לבוא futurum venire venturum, adeo ut עתיד futurum & עתיד לבוא venturum, apud ipsos promiscuè usurpentur, hac tamen cum differentia, ut Elias in Thisbi observavit, quòd hoc עתיד לבוא venturum plerumque adhibeatur in fine sententiæ, illud in continuata sententia. Quæ observatio optime hic quadrat, & explicat, cur potiùs dicatur ὁ ἐρχόμενος quàm ὁ ἰσόμενος. Sic in Schemoth Rabba, τὸ אהיה explicatur per אני שהייתי ואני הוא עכשיו

ואני הוא לעתיד לבוא, Ego fui, & ego sum nunc, & ego sum venturus. Deinde ὁ ἐρχόμενος pro, ὁ ἐσόμενος in istis locis poni apertè liquet ex Apoc.16.5. ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐσόμενος: ut locum illum restituit D. Beza, ex antiquo & fide digno exemplari M.S.

10. Et optimè quadrat hæc expositio cum ipsa forma nominis. Nam omnium trium temporum characteres & notæ in eo sunt expressæ. Litera jod ab initio, characterica est futuri, vau in medio participii, temporis præsentis: he in fine, cum kamets subscripto, Præteriti. Atque non est alienum ab hoc, quod Cabalistæ quidam observârunt, ad Exod.cap.3. ideò Deum illic duo ista nomina usurpasse, & Mosi revelasse, יהוה & אהיה vers.14.& 15. quòd ex illis componantur ista tria, היה fui, הוה sum, אהיה ero.

11. Deinde vocatur ab Hebræis etiam, שם המיוחר nomen proprium: quia soli Deo proprium est, & illi soli competit, juxta id quod legitur, Isa.16. v. 21. & 42. v.8. Exod.6.3.

12. Atque hinc est, quòd etiam grammaticè eas proprietates servat, quas nomina propria virorum apud Hebræos habere solent, quæque describuntur ab Aben Ezra, Exod.3. Ephodi in opere suo Gram. cap. 9.& aliis. Nam 1. nomina propria non assumunt He hajedihah ab initio: quia illa tanquàm individui nomina, sui notitiam per se suo nomini exhibent, nec alio signo opus habent: non enim dicimus האברהם, הישראל, ita nunquàm legitur היהוה: præfigitur autem cæteris quibusdam nominibus: dicitur enim האל האלוהים,2. non recipit affixa pronomina. 3. non admittit formam constructam. Hinc in illis locis ubi legimus יהוה צבאות Dominus exercituum, omnino videtur esse Ellipsis, pro יהוה אלוהי צבאות Dominus Deus exercituum,ut alibi frequenter legitur. Contra analogiam enim & naturam nominum propriorum est,ut cum nominibus appellativis construantur: maximè hujus nominis Divini propriissimi: 4. non declinatur, neque flectitur ex numero singulari in pluralem.

13. Tertiò vocatur שם המפורש Shem hammephorasch: quod pro diversa verbi Hebræi significatione, diversimodè quoque exponunt. Quidam enim reddunt, Nomen explicatum vel expositum. Sic volunt dici quòd eo divina essentia propriè exprimatur & explicetur, imò quod Deus ipse Mosi,& per eum Israelitis, eo suam essentiam exposuerit. Alii שם המפורש volunt dici,qu.nomen separatum & segregatum: quòd planè ab aliis Dei nominibus sit distinctum & sejunctum, soli Deo, tanquàm primæ causæ & enti entium,competens. Vide Ikkarim fol.53.col.1.

14. Quartò vocârunt illud à numero literarum κυρίως, שם של ארבע אותיות: Nomen quatuor literarum: vel שם בן ארבע אותיות, nomen filius quatuor literarum, 4 scil. literis constans: ad cujus imitationem Græci dixerunt τετραγράμματον.

15. Honoris causà etiam pluribus aliis nominibus insignire solent: ut, שם הנכבר והנורא nomen gloriosum & terribile, ex Deut. 28. 52. Ad timendum nomen gloriosum & terribile hoc, יהוה Dominum Deum tuum. Item, השם nomen illud, per Synecdochen idque ex Lev. 24. 11. ויקוב בן האשה הישראלית את השם: Expressit filius mulieris istius Israelitidis Nomen, τὸ ὄνομα: scil. Dei proprium, magnum & gloriosum; ut Hebræi exponunt,

16. His breviter sic præmissis, quæstiones aliquot de hoc nomine paucis placet attingere.

17. Primò enim quæri potest: An Mosi primùm hoc nomine se Deus revelaverit, atque adeò ante Mosen ignotum & inauditum fuerit?

Occasionem quærendi præbet locus Exod. 6, 3. ubi legitur, וארא אל־אברהם אל־יצחק ואל־ יעקוב באל שרי ושמי יהוה לא נודעתי להם Et apparui Abrahamo, Isaaco, Jacobo, in (nomine) El schaddai; sed nomen meum יהוה non notum feci eis; vel. nomine יהוה non notus factus sum eis. Ex quo loco videtur colligi, ignotum patribus hoc nomen fuisse. Nos tamen statuimus, Patribus sanctis omninò non ignotum fuisse hoc Dei nomen. Nam ex. gr. Gen. 14. 22. dicitur Abrahamum dixisse ad regem Sodom הרימותי ידי אל־ יהוה אל עליון levo manus meas ad יהוה Dominum excelsum, &c. Gen. 13. 4. ויקרא שם אברם בשם יהוה Et invocavit ibi Abraham nomen יהוה. Gen. 15. 2. dicitur Abraham Deum his verbis allocutus esse, ארני יהוה & v. 7. dicit Deus ad Abrahamum אני יהוה Ego sum יהוה qui te eduxi ex Ur Chasdim. Ex horum & aliorum locorum collatione patet, non ignotum fuisse ipsis nomen hoc. Ad illorum conciliationem variè respondent. Breviter existimamus non inconcinnè responderi posse: Deum, Exod. 6. non tam de nomine, quàm de re ipsa per hoc nomen significata, cognitione videlicèt illà Dei clarâ, Mosi uná cum nomine, hîc & Exod 3. revelata, locutum esse, quàm longè illustriorem á Deo accepit Moses, & per eum Israelitæ, quàm patres ante ipsum. Nulli enim ante Mosen de facie ad faciem apparuit. Adde, quòd si subtiliter verba ista Mosis explicare quis vellet, ea etiam hoc pacto possent reddi: Apparui Abrahamo, Isaaco & Jacobo, in El schaddai & nomine meo יהוה, neque tamen notus factus sum eis. Nam etsi nomen hoc audiverint, tamen vim & efficaciam ejus non tam benè intellexerunt, neque tam claram & illustrem Dei cognitionem sunt assecuti.

18. Secundò quæri potest circa hoc nomen,an ità sit Dei proprium,ut non etiam competat creaturis? Ad hoc respondemus; omninò soli Deo proprium esse,Deo verò quoq; soli in sacris literis,neque ulli creaturæ unquàm, saltem proprié, tribui. Quod illa loca attinet, in quibus videtur tribui, vel Arcæ, Num.10. 35, 36. & alibi, Hierosolymæ, Ezec. 48. 35. Angelis, Jud.6 &c. negamus, ea quicquam contrariæ sententiæ, illiúsque patronis, Arrianis, Photinianis, Socinianis, aut aliis, favere. In plerisque enim potest & debet commodissimé ac rectissimé nomen illud ad Deum ipsum referri: vel explicanda sunt per Ellipsin, aut per Metonymiam signi & rei significatæ. ut vocetur דבר בשם בעל הרבר res nomine Domini ipsius rei,

rei, ut loquitur Joſephus Albo in libro Ikkerim, lib. 2. cap. 27. Cæterùm de hac quæſtione conſulat lector benevolus diſſertationem noſtram de arca fœderis, in qua plenius eam expoſuimus.

19. Tertiò quæritur; an hoc nomen Deo Patri ſoli, non etiam Chriſto ac Spiritui ſancto tribuatur? Ad hoc reſpondetur breviter ex ipſa natura nominis iſtius; cum ſit שם העצם nomen eſſentiæ, illis neceſſario competere & tribui, quibus eſſentia illa eſt communis. Cùm itaque eſſentia divina unica tribus perſonis ſit communis, nomen quoque eſſentiæ iiſdem commune erit. Huc facit, quod ex ipſo hoc nomine, ſacroſanctam Trinitatem quidam probare nituntur. Dicunt in hoc nomine Tetragrammato tantùm tres eſſe literas diſtinctas יהו, quæ totidem hypoſtaſes in adoranda Trinitate denotent: literam autem ſecundam ה, denotare ſecundam perſonam, & duplicari ad indicandam duplicem Chriſti naturam. Huc referunt quidam, quòd in antiquis paraphraſibus Chaldaicis manuſcriptis Judæorum, nomen hoc tetragrammaton ſcribitur per tria Jod cum ſubſcripto Kamets hoc pacto, יִ יִ יִ, & nonnunquàm circulo incluſa; tria Jod putant denotare tres hypoſtaſes; tria æqualia Jod, tres perſonas æquales; unicum kamets tribus illis ſubſcriptum, eſſentiam unicam tribus perſonis communem.

20. Quartò etiam quæri poteſt; cur hoc ſolùm præ cæteris vocetur Tetragrammaton, cùm & alia quatuor literis conſtent; præſertim אהיה, quod itidem eſt eſſentiale & ejuſdem originis, nullâque alia videatur inter hæc duo nomina eſſe differentia, niſi quòd unum ſit primæ perſonæ Futuri, alterum tertiæ? Reſp. quia Ehjeh rariùs, nec ullibi, quàm Exod. 3. occurrit: neque præterea ampliùs vel à Deo, vel ab hominibus uſurpatum legitur, &c. Videatur de hac quæſtione etiam Galatinus, lib. 2. cap. 14.

21. Quintò denique quæritur; an per hoc nomen miracula fieri poſſint, atque adeò, an olim Moſes & Chriſtus, vi hujus nominis, miracula ediderint, ut Judæi fingunt?

Ad hoc reſpondemus, impiam & diabolicam eſſe ſuperſtitionem, credere, peculiarem quandam vim ineſſe literis, characteribus, & numeris, vel in hoc, vel in aliiis, ſeu veris, ſeu fictis nominibus, quàm etiam ſaniores Judæi ipſi deteſtantur & refellunt; quâ de re videri poteſt R. Moſes Ægyptius in More Nevochim par. 1. cap. 61. Nam, ut Auguſtinus Juſtinianus Epiſcopus Nebienſis, ad dictum locum ſcribit; Notum ac manifeſtum eſt cuilibet aliqualiter intelligenti & ponderanti rationes divinarum rerum, literas & characteres, ſeu figuras literarum, manu artificis ſcriptarum, eſſe puras creaturas, & ideo non habere ullam potentiam aut virtutem à ſe, niſi recidamus ad ignorantiam idololatrarum, creaturas pro creatore adorantium, quorum peccatum eſt blaſphemia impia & Deo abominabilis. In genere itaque dicimus cum authore libri Cabaliſtici שערי אורה Schaare orah, fol. 2. ויחה בני שמע בקולי &c. Mi fili, auſcultа voci meæ, & aures tuæ attentæ ſunto ad conſilium meum: ſi ſeducere conentur te peccatores, nè acquieſcito: ſi dixerint tibi, Veni nobiſcum, & trademus in manum tuam nomina divina, quibus poſſis uti; mi fili, ne abito in viam cum ipſis, contine pedem tuum à ſemita ipſorum: quia illa nomina, & uſus illorum, nil ſunt niſi retia & laquei, ad capiendum animas, & ducendas eas in perditionem. Moſen quod attinet, non eo fine ipſi nomen hoc ſacroſanctum revelavit Deus, ut eo miracula faceret, ſed ut per illud, & ex eo, Iſraelitis veram Dei cognitionem inſinuaret & communicaret, eoſque de veritate promiſſionum divinarum ex æterna & immutabili Dei eſſentia confirmaret. Alio modo & medio per Moſen miracula illa operatus eſt Deus: Per fidem, dicit Apoſtolus, Moſen omnia feciſſe, non in hoc nomen, ejuſq; literas, vel prolatas, vel baculo ſuo inſcriptas, ſed in Deum ipſum. De Chriſto atrociſſimam dicimus eſſe Judæorum blaſphemiam, quâ hoc ei affingunt, in impudentiſſimo ſcripto, quod vocant תולדות ישו, quam jam olim eleganter refutavit Lutherus in libello de Schem hammephoraſch, &c. Fecit is ſua miracula, non per nomen hoc יהוה prolatum, ſed per rem hoc nomine ſignificatam, h. e. per naturam ſuam divinam, tanquàm verus & eſſentialis יהוה Deus.

22. Hæc de nomine Tetragrammato. Alterum nomen eſſentiale eſt אהיה Ehieh, Ero. Quamvis enim illud nullibi alias, quàm Exod. cap. 3. legatur: tamen, quicquid contrà obganniant Photiniani, é numero divinorum nominum illud minimè expungendum, ſed rectè inter illa referri & recenſeri cenſemus. Sufficit enim ſi ſemel extet. Nam 1. Deus ipſe ſibi hoc nomen tribuit. Cùm enim Moſes ad Iſraelitas mittendus, à Deo quæreret de nomine ipſius; reſpondit ei Dominus, v. 12. אהיה אשר אהיה, & mox v. 14. אהיה שלחני Ehjeh miſit me ad vos; ubi tanquam nomen Dei proprium adhibetur. 2. quia eſſentiæ divinæ rationem accuratè & diſertè quoque exprimit: ut eleganter oſtendit R. Moſes in More Nevochim p. 1. cap. 63. Nam ex multorum, & omnium Hebræorum, ſententiâ, non eſt alia inter hoc, & nomen Tetragrammaton, differentia, niſi quòd illud eſt perſonæ primæ, hoc tertiæ; & quod Deus de ſe in prima perſona dixit, אהיה ero, vel ſum qui ſum; id homines de eo efferunt, יהיה Erit vel eſt, qui eſt, mutato Jod in vau, יהוה: ut in חוה Chavva, quod eſt à חיה vixit. 3. Autoritate Hebræorum, qui hoc nomen inter præcipua decem Dei nomina referunt, ut videre eſt ex libro שערי אורה portæ lucis, Joſephi Gecatiliæ, quem de nominibus Dei decem ſcripſit, & authoritate D. Hieronymi, patrum in Hebraicis doctiſſimi, & aliorum.

23. Quod objicitur Deum his verbis, Ehjeh aſcher Ehjeh, promittere tantùm ſe populo ſuo adfuturum, & illos ex præſenti & aliis tribulationibus liberaturum, atque iis perpetuò adfuturum: id nos minimé lædit. Subordinata enim ſe invicem non tollunt. Utrumque voluit ut populo inſinuaret Moſes, & æternitatem ac immutabilitatem eſſentiæ ipſius, & immutabilitatem in promiſſionibus. Uuum enim ex altero fluit. Nam quemadmodùm Deus immutabilis eſt in ſua eſſentia; ita quoque in ſuis promiſſionibus.

24. Etymologiam ejus quod attinet, habet simpliciter formam futuri, à verbo היה fuit; unde אהיה de verbo ad verbum est, Ero qui ero, vel Ero quia ero, semper, scil. vobiscum in vestris tribulationibus, tanquam is qui semper idem est ac permanet. Rectiùs autem transferri hæc futura per præsens statuimus, Sum qui sum, idque authoritate veterum interpretum 70 Græcorum, qui reddunt ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, D. Hieronymi & aliorum. Esse enim, in præsenti maximè competit Deo, cujus esse non novit præteritum, neque futurum: æternitati non competit præteritum aut futurum, scribit Paulus Burgensis. Atque hàc etiam de causa probabile est, Deum noluisse hîc mutare tempus, dicendo אהיה אשר היתי Ero qui fui: ut doceret nullam in se esse varietatem temporum. Et futurum sæpissimé apud Hebræos pro præsenti, quo illi carent, poni, in re continua seu permanente, notius est, quàm ut demonstratione indigeat. Videatur Thesauri Grammatici lib. 1. cap. 12. Hinc etiam R. Moses exponit per הנמצא אשר הוא הנמצא Existens qui est existens.

25. Tertium Nomen Dei essentiale est יה Jah. Nam & hoc nomen probabile est á radice היה esse, & forté ex ipso nomine Tetragrammato, descendere, quemadmodùm plerique doctissimorum Hebræorum sentiunt, vel dimidiatum aut decurtatum ex nomine Tetragrammato, ejus duas priores habens literas, ut scribit Ab. Ezra, Moses Gerundensis, & alii: vel ex eodem per Syncopen contractum, habens ejusdem primam & ultimam, ut sentit doctissimus Nicolaus Fullerus in appendice ad Miscellanea Theologica. Hinc scribunt Hebræi, non tantùm idem significare, quod יהיה, sed & numerum eundem literis suis facere, quem facit Tetragammaton. Nam יהוה valet 26. & יה Jah, suis literis hoc modo scriptum יוד הא Jod he, itidém facit 26. Sunt etiam qui radicem ejus faciunt יהה, quæ idem cum היה. Alii observârunt, יה non tantùm esse initium nominis יהוה, sed & finem ז֯ אהיה, & medium ז֯ אלהים.

Hæc suo loco relinquimus. Nostræ & Hebræorum sententiæ, favere videtur, quòd Psalm. 68. 5. & 150. 6. & alibi. 70. Græci reddunt hoc nomen per κύριος, perindè ut nomen יהוה, & Theodosio per τὸ ὄ. in הללויה. Nec obstat, quòd Isa. 26. 4. conjungantur hæc duo nomina ביה יהוה; nam licét habeant eandem originem & idem principium, habent tamen formas diversas. Mysteria quæ alii hîc quærunt, nos tanquam incerta, omittimus.

26. Quæritur: an terminatio illa יה, quæ in pluribus nominibus propriis occurrit, veluti in ישעיה Jeschajah, נחמיה Nechemjah, עובריה Obadjah, ירמיה Jeremjah, &c. sit idem hoc nomen יה, atque adeò ex hoc & alio nomine sint compositæ? Resp. Videri quòd non, 1. quia ה in illis nominibus propriis non habet mappik: 2. quia non semper hanc terminationem retinent, sed aliquando assumunt vau schurek, ut ישעיהו Jeschajahu, ירמיהו Jirmejahu, &c. 3. quia 70. Græci hoc nomen יה vel reddunt per κύριος, vel immutatum retinent Ja: in his verò nominibus propriis non servant terminationem Ja, sed addunt s in fine: Ζαχαρίας, Ἡσαίας, Ἱερεμίας, &c. Quod 70. ירדיה exprimunt Ἰεδδία, ideò fecerunt, quia potiùs est appellativum quàm proprium. Hinc etiam vulgatus expressit appellativé, Amabilis Domino. Confer Deut. 33. 12. Contrà videtur esse, quòd quædam horum nominum in fine etiam habeant אל: ut חנניה Hananijah idem videtur esse cum חנאל: sic אוריה & אוריאל: item יחזקיה & יחזקאל: item מיכיה & מיכאל: עזריה Asarjah, & עזראל Asarel; & similia ejusdem significationis esse videntur. Forté etiam dici posset, esse nomen Tetragrammaton ipsum, idque ob easdem rationes, quia ה non habet Mappik, & sæpé vau in fine additur.

[II Classis.] 27. Secunda Classis Nominum Divinorum comprehendit ea, quæ Deum ab operibus vel proprietatibus quibusdam describunt. Inter hæc primus meritò locus tribuitur nomini אלוה Eloah, cujus considerabimus scriptionem & formam, etymologiam, significationem & usum.

28. Circa hoc nomen observandum, illud sub triplici forma de Deo in Scriptura sacra legi: אלוה Eloah in singulari numero: אלוהים Elohim, & אלוהי Elohe, formâ numeri pluralis absolutâ & constructâ, & cum affixis pronominibus; אלוהי Deus meus: אלוהיך Deus tuus, &c. Prima forma אלוה semper plenè scribitur, cum vau scil. expresso, unico excepto loco, Deut. 32. 17. Reliquæ formæ, אלוהים & אלוהי, ubique per totam Scripturam, aliquot centenis aut millenis locis, defectivè scribuntur sine vau, uno excepto loco, ubi juxta Masoram plenè scribitur, Psal. 18. 47. Cum affixis omnia similiter defectivé sunt scripta, duobus exceptis אלוהי Ps. 143. 10. 145. 11. De causa hujus rei mox aliquid dicetur.

29. Etymologiam hujus nominis quod attinet, ea haud ita certè reddi potest, quia in Scriptura nullibi exprimitur.

Sunt qui arbitrantur, derivari ab antiquo verbo אלה, quod apud Arabes adhuc in usu, & colere significat, ut אלוה sit colendus, is cui cultus debetur, qui coli debet.

Alii deducunt ab Hebræo אלה juravit, quia in juramentis, adjurationibus & execrationibus, Dei fit mentio. Huic repugnare videtur, quod אלוה habet he mappikkatum.

Non desunt etiam qui ab אל originem ejus petunt. Quod si analogiam grammaticam respiciamus, vix videri potest, quomodo inde deduci queat: cum he mappikatum nunquam sit servile, & proindé nec hîc heemanticum regulariter esse possit. Interim tamen etiam hoc constat, in nominibus propriis formandis analogiæ grammaticæ non ita accuratam semper haberi rationem; ut vel ex unico nomine נוח à verbo נחם secundùm Scripturam, deducto, apparet; in quo tertia radicalis abiecta, quod in nullis verbalibus appellativis facilé fieri solet: sic hîc fortè certas ob causas una posse esse addita. Sic scribit Marcus Marinus in arca Noæ, in hac voce: Alii, & fortassé veriùs, ab אל deducunt, adjecto ה quasi potentissimum diceres.

Huc

Huc inclinat quoque Abarbanel, cujus sententiam de hac voce hic recensere placet: quam habet in commentario suo in Genesin cap. 1. Primo statuit is אל, אלוה, אלוהי, אלוהים, &c. omnia esse ejusdem originis, & sensûs; primamque eorum vocem ac stirpem esse Nomen אל: Deinde, quando Deo placuit singulariter sanctificare nomen hoc, addidisse eas duas literas, mediam scil. partem nominis sui proprii & sanctissimi Tetragrammati, ut sic hoc nomen de sanctitate illius participaret. Sic quandoque ei addidisse j d & he, unde exsurrexit nomen אלוהי, אלוהים, in qua forma ם in fine additum sit ad tollendam duntaxat formam constructam, non ad denotandum numerum pluralem: quandoque verò vau & he, unde orta sit forma אלוה: Tertiò elicit hinc rationem, cur אלוה semper scribatur plenè, cum vau & he unico excepto loco, Deut. 32. 17. ubi de Dæmonibus sermo, & dicitur, quod non sint אלוה Deus; אלוהים verò & אלוהי tam sola, quàm cum affixis, duobus aut tribus tantùm locis exceptis, defectivè; quia scilicet sufficerunt illis duæ literæ de nomine Tetragrammato mutuatæ. Duabus autem de causis scribit, non integrum nomen Tetragrammaton huic nomini adjungi vel inseri: 1. quia nomen Tetragrammaton docet propriissimè de essentia Dei, ac proinde inconveniens foret adhiberi in Nomine Deum ab operibus nobis describente: 2. quia hoc nomen Elohim metaphoricè etiam aliis communicatur. Nomen verò Tetragrammaton nequaquam; unde iterum non integrum potuit ei communicari, nè unà cum ipso etiam nomen Tetragrammaton, quod nulli creaturæ tribuitur, aliis communicaretur. Hæc ille quæ in medio relinquimus.

30. De significatione & sensu hujus vocabuli itidem varie interpretes sentiunt. Hebræi communiter volunt esse Nomen judicii, seu significare proprie Judicem, aut Judices, seu Magistratus. Sic R. Moses ben Majemon, R. Solomon, R. D. Kimchi, & Talmudici ipsi; unde in tractatu Joma fol. 87. 1. ad locum illum, אם יחטא איש לאיש ופללו אלוהים si peccaverit vir in virum, judicabit ipsum Elohim; 1 Sam. 2. 25. scribitur; מאן אלוהים Quid est hic Elohim? דיינא Judex. Huc referunt etiam sequentia loca; Exod. 22. 8. Et accedet paterfamilias ad Elohim, (Judices;) & itidem v. 9. ad Elohim (Judices) veniet negotium amborum illorum: quem condemnaverint Haelohim (Judices) duplum rependet. De hac sententia mox plura dicentur.

Author Libri Cosri parte 4. ab initio de hac voce ita scribit,

Nomen Elohim est Epitheton Dominatoris in rem aliquam, aut Judicis. Et tal's est vel universalis, dominium habens in mundum universum, vel particularis, in partem aliquam; veluti, vel virtus aliqua cœlestis, vel natura rei alicujus, vel Judex inter homines.

Don Isaaci Abarbanelis sententia est; hoc nomen Elohim attribui Deo, tanquàm effectori & productori omnium rerum, atque etiam propriè & primò significare productorem seu authorem omnipotentem; idque probat ex illis scripturæ locis, in quibus frequenter, ubi Deus tanquam creator & author omnium rerum describitur, hoc nomine à Spiritu sancto insignitur: In hunc autem modum suam ille explicat mentem; Deus sub duplici notione à nobis consideratur, מצדני respectu nempe nostri, ואם הם אחת מצדו cùm non nisi una sit ex parte Dei primò; מצד עצמותו ומהותו respectu essentiæ & quidditatis ejus simplicissimæ, & perfectissimæ שהוא בלתי מושג לזולתו quæ incomprehensibilis est aliis, prout in se est. De hac docet nomen Tetragrammaton יהוה; deinde מצד השפעתו לכל־זולתו Respectu influentiæ (activè seu transitivè, ut Philosophi quandoque verbum influere, & nomen influentiæ, sumunt pro immissione seu communicatione influentiarum) omnibus aliis, quæ influentiam ab ipso accipiunt secundùm perfectionem ejus. De hac docet nomen אלוהים Elohim; quia, scil. hæc influentia fit secundùm potentiam ejus infinitam, Nomen hoc אלוהים significat המשפיע והממציא כל הדברים בכוח גדול ועצום influentem & existere facientem (h. e. producentem, efficientem) omnia per potentiam suam magnam & immensam; juxta id quod Propheta Esaias dicit אלוהי עולם יי בורא קצות הארץ Elohe Deus (i.e. ex ejus mente effector, creator) mundi. Deus creans fines terræ, Isa. 40. 28. Item, ego sum primus, & ego ultimus, & præter me non est אלוהים (q. d. Influens, Efficiens per influxum) Isa. 44. 6. Item, scitote, quòd Dominus ipse sit אלוהים Deus, ipse fecit nos, Psal. 100. 3. In his enim & aliis similibus locis plurimis Deo attribuitur nomen אל & אלוהים sensu effectionis, productionis, creationis. Sic ille.

31. Ad usum hujus nominis referamus & lectori communicemus חמש סגולות quinque proprietates, quas de hoc nomine אלוהים Elohim Abarbanel ex scriptura observavit. 1. Quòd non inveniatur usquam in scriptura, quòd vel Deus ad Prophetam aliquem sit locutus, aut Propheta ad Deum, nisi commemorato vel nomine Tetragrammato, יהוה; vel nomine hoc אלוהים, vel utroque simul; cætera nomina nunquam hoc usu adhiberi; nullibi legi וידבר שדי Et dixit Schaddai; vel & dixit El, aut Elohe Tsebaoth, &c. Causam hujus rei reddit hanc, quia duo hæc nomina docent, tum de essentia & quidditate Dei, tum de influentia ipsius: Hinc putat factum, quòd nulla Prophetia attribuatur nisi his duobus nominibus. 2. Quòd ordinis ratione hæc duo nomina convertantur, & promiscuè usurpentur; adeoque nunc hoc, nunc illud præponatur, quando conjunguntur: sicut quandoque dicitur יהוה אלוהים Adonai Elohim; sic alias dici אלוהים יהוה Elohim Adonai. In cæteris nominibus & cognominibus Dei hoc non fieri. Causam dicit esse, quia significant duas notiones unitas in Deo benedicto. 3. Sicut nomini Tetragrammato nullum aliud nomen præponitur; sic nomini אלוהים Elohim nullum aliud præponitur: Non enim dicimus, צבאות אלוהים Exercituum Deus, aut אל אלוהים fortis Deus, aut חנון אולהים Gratiosus Deus. In illo חנון ורחום יהוה Gratiosus & misericors Dominus, Ps. 111. 4. dicit esse Ellipsin מלת המציאות verbi substantivi, Est: q.d. חנון ורחום הוא יי Gratiosus & misericors est Dominus Causa;

quia sicut essentia & influentia Dei sunt omnibus rebus priores, nec quicquam prius illis: sic duo hæc nomina reliquis nominibus divinis sanctitate & dignitate sunt priora. 4. Quòd cùm nomen aliquod appellativum adjectivum construitur cum Tetragrammato, illud non fiat, nisi mediante & intercedente nomine אלוהים vel אל: ut יי׳ אל רחום וחנון Dominus Deus misericors & gratiosus, Exod. 34. 6. יי׳ אלוהי צבאות; Dominus Deus exercituum: יהוה אלוהי ישראל Dominus Deus Israelis, & alia. In illis locis, ubi legitur, יהוה צבאות esse ellipsin nominis אלוהי, pro יי׳ אלוהי צבאות; (ut supra visum.) Causa; quia cætera nomina divina omnia non attribuuntur Deo, nisi secundùm ipsius opera. Horum quia radix & scaturigo est influentia divina, idcircò non construuntur illa cum nomine Tetragrammato, nisi mediante אל vel הלוהים, quæ influentiam denotant. 5. Quòd nomen Tetragrammaton quandoque assumat puncta nominis אלוהים Elohim, & per illud legatur: sed non vice versâ nomen אלוהים suscipiat puncta nominis Tetragrammati, & per illud legatur. Causa; quia influentia ipsius sequitur ex essentia, idcircò afficitur quandoque nomen יהוה punctis nominis אלוהים, & per illud legitur. Non autem fit vice versâ, quia non statim cognitâ ipsius influentiâ, cognoscimus quoque ipsius quidditatem & essentiam. Adde quòd nomen Elohim metaphoricè dicitur etiam de aliis; secùs verò nomen Tetragrammaton, quod nulli alii communicatur. Hæc Abarbanel: quæ nec examinare, nec ulterius explicare aut illustrare placet, sed lectoris judicio permittere, in cujus gratiam ea produximus. Sciendum autem, quæ hactenus ex isto authore protulimus, illa non exactè de verbo ad verbum esse translata, nec eo ordine apud ipsum extare, sed ut brevitati ac perspicuitati, quinetiam utilitati Lectoris consuleremus, ad nostræ tractationis methodum singula applicavimus, & sensum fideliter atque ita expressimus, ut quivis illa intelligere & capere possit.

32. Sequitur nomen אל El, quod formæ suæ respectu originem suam deducere videtur ex verbis quiescentibus secundâ radicali vau vel jod. Hinc à plerisque derivatur ab אול fortitudo, robur: unde Ps. 73. 4. ובריא אולם & sanum est robur eorum: vel ab איל aut אל fortitudo, virtus, potestas, &c. Sic אל El propriè est Deus fortis, à summa fortitudine & potentia sic dictus, quà non solùm suprá omnes creaturas eminet, sed omnium virtutum & potentiarum in illis fons est & principium. Hinc dicit Moses: Quis sicut tu באלים inter fortissimos Domine? Exod. 15. 11. q. d. nullus: quia scil. omnes cæteri, qui potentiam & virtutem aliquam habent, ab hoc אל El habent. Sic David; Quis similis est Domino in filiis אלים Elim? Psal. 89. 7. Hinc etiam vocatur אל עליון El (Deus fortis) supremus, summus, Gen. 14. 20. & alibi: Item אל אלים El Elim, fortissimus omnium fortium, Dan. 11. 36. Hæc causa, quòd á plerisque interpretibus hoc nomen, quando de Deo dicitur, reddatur non simpliciter Deus, sed Deus fortis, sicut de Christo inter reliqua nomina, quæ á Jesaia ei tribuuntur, cap. 9. v. 5. dicitur, quòd sit אל גבור El gibbor. Hinc scribit D. Hieronymus: El, 70. Θεὸν, Aquila, Etymologiam ejus explicans, ἰσχυρὸν interpretatur. Alii deducunt ab אלה, ut ab illo sit decurtatum, ut יהוה à יה, Contrá Abarnabel; ab hoc אל (ut suprà vidimus) derivat nomen אלה & אלהים, & dicit significare היכול החלשיו בהשפעתו Potentem absolutum per influentiam suam, secundùm id quod scriptum est: Et cui assimilabitis אל (Deum?) Isa. 40. 18. Item, Tu es אל El (Deus) faciens mirabilia, Ps. 77. 15. h. e. Influens (transitivè) per potentiam tam fortem, ut possis miraculosè mutare naturas rerum.

33. Usus hujus nominis occurrit tum in forma simplici, tum composita.

Simpliciter & extra compositionem usurpatum, quandoque est appellativum & commune, quandoque proprium. Appellativum est. & commune, quando dicitur de hominibus, robore ac fortitudine pollentibus; ut Ezec, 31. 11. אל גויים, fortissimus gentium, de rege Babyloniæ: & 32. 21. אלי גבורים, fortes potentum, duces potentissimi. &c. vel Angelis; ut Exod. 15. 11. Isa. 31. 2. juxta quosdam interpretes, & alibi. Proprium nomen dici potest aliquo modo, quando Deo tribuitur, ut in locis quamplurimis: κατάχρησικῶς etiam & impropriè, quando de Idolis dicitur, ut Isa. 44. 10, 15. Mal. 2. 11. quia Idola propriè non sunt אל Deus fortis, juxta illud, Deut. 32. 21. Zelare fecerunt me, eò quòd non est אל El; sed sunt אלילים h. e. אל אלים non Dii. Dii nihili, 1 Chron. 16. 26. Psal. 96. 5. cum quo convenit illud Apostoli, 1 Cor. 8. 4. Vox enim hæc אלילים contrariùm habet sensum. & significat העדר privationem, defectum, & impotentiam, juxta illud רופאי אליל כלכם Medici (Elil) nihili, inutiles, estis omnes vos, Job 13. 4. & הוי רועי אליל O pastor (Elil) nihili, Zach. 11. 17. Hoc namque vocabulum volunt derivari ab אל vel לא, ac significare שאין בו כח כלל, in quo nulla planè est potentia, imbecillem, impotentem.

Cæterùm de Deo usurpatur aliquando ut nomen אלהים, vel potiùs, tanquam idem cum eo confunditur. Hinc Jacob dicitur appellatus ישראל Israel, quia contendit cum אלהים Elohim Deo, Gen. 32. Sic Angeli, qui vocantur בני אלהים filii Elohim, Job 1. 6. & 2. 1. iidem dicuntur בני אלים filii Elim, Ps. 29. 1. & 89. 7. Et Deus promiscuè dicitur אל אלהים El Elohim Ps. 50. 1, &c. & אלהי האלהים Elohe haelohim. Ita quod Moses dicit, Quis sicut tu inter Elim? Exod. 15. 11. pro eo dicit David; Non est sicut tu inter אלהים Elohim, Psal. 86. 8.

In compositione frequens est hujus nominis divini usus, & quidem cum nominibus tum hominum, tum Angelorum. Hominum nominibus quandoque præponitur; אלעזר Eleasar, אליקים Eljakim, אלישבע Elischaba, Elisabeth, אלנתן Elnathan, &c. aliás postponitur: ut in ישראל Israel, בתואל, Bethuel, עמנואל Immanuel, ישמעאל Ishmael, פנואל Phanuel, & quamplurimis aliis. In Angelorum nominibus frequentissima est hæc compositio. Unde pleraque Angelorum nomina, , tum in scriptura, tum apud alios authores,

thores, definunt in אל El: ut מיכאל Michael, גבריאל Gabriel, רפאל, Raphael, אוריאל Uriel, & infinita alia apud Cabbalistas. Hinc scribitur in Schemoth rabba sect. 20. ad locum illum Ps. 68. 18. Currus Dei sunt myriades יהוה בם Dominus in eis; שמו של אלהים היה מעורב עם כל אחד ואחד מיכאל גבריאל: h. e. Nomen Dei est commixtum vel compositum cum unoquoque illorum, ut Michael, Gabriel. Sic in Tanchuma sect. משפטים fol. 34. col. 3. שמו של הקב"ה משתתף עם כל מלאך ומלאך שני כי שמי בקרבו Nomen Dei conjunctum vel communicatum est unicuique Angelo, sicut dicitur, Quia nomen meum in medio ejus, Exod. 23. 21.

34. Hæc de nomine אל: hoc meritò excipiet nomen שדי Schaddai, quia cum eo sæpissimè conjungitur. Gen. 17. 1. Ego sum אל שדי El Schaddai. Sic cap. 35. 11. & alibi.

35. Nominis hujus variæ afferuntur etymologiæ ab Interpretibus. Quidam volunt significare שודד, vastatorem, aut מנצח victorem, à verbo שדד vastavit, devastavit; quòd scil. Deus, eâ potentiâ, quâ omnia creavit, eàdem omnia vastare, & in nihilum redigere possit: vel, ut Hebræorum quidam scribunt, quòd Deus pro suo lubitu & beneplacito vastet, & aboleat virtutes superiores, syderum, scil. & similes. De hac Etymologia scribit Abarbanel Exod. 6. quòd, licèt Deus hoc faciat, tamen inde non possit aut debeat dici שודד aut משדד: quòd hoc vocabulum significet גזלן raptorem, מעול iniqué & injustè agentem & חומץ oppressorem, ut Job. 15. 21. 12. 6. Obad. 1. 5. Quomodò itaque, inquit, יכנה הכתוב את השם הנכבד בתואר מגונה אשר כזה cognominaret scriptura Deum gloriosissimum Epitheto tali inhonesto & probroso? Quin &, scribit porrò; Victoris nomen propriè non competit Deo: Deus enim cum nulla creatura bellum gerit, neque ulla creatura cum ipso: sed Potens, Gubernator, Dominator, Rector, sunt nomina hoc respectu Deo convenientia.

Alii deducunt à nomine די sufficiens. In ratione verò assignanda variant. Hebræi in Talmud Chagiga fol. 12. col. 1. sic scribunt מאי דכתיב אני אל שדי אני הוא שאמרתי לעולם די. Quid est quod scriptum est, Ego sum Deus Schaddai? h. e. ego sum, qui dixi mundo די, satis est: quæ verba in hunc sensum exponit Abarbanel: Mensura cœli, mensura cœlorum & stellarum, numerus intelligentiarum abstractarum, & Angelorum, horumque omnium determinatio, non est ab ipsis, sed à me, & à mea voluntate; Ego sum qui omnibus ac singulis suam dedi mensuram, magnitudinem ac numerum: In hunc sensum dixit etiam Rabbi Elieser magnus, שיהיו השמים נמתחים והולכים עד שאמר להם די quòd cœli fuerint tamdiu extenti (in creatione) donec Deus ipsis dixit, די Dai, satis est. Sic שדי idem est ac מי שאמר די; Qui dixit (reaturis suis) satis est. Sic hoc nomen refertur ad mundi & creaturarum omnium, à Deo creationem, conservationem & gubernationem. Alii dicunt שדי Schaddai dici, quasi Scheddai, qui sufficiens est, לעצמו sibi ipsi, scil. qui nec essentiam suam nec quidvis aliud, ab alio accipit, atque ita nullius est indigus, juxta illud:

Ipsa suis contenta opibus, nihil indiga nostri,

ubi de natura sermo est; quæ Poetis nihil aliud est quàm Deus. Hac de causa etiam Plato Deum vocavit αὐτάρκη. Aut, quia sufficiens est ad omnia, quæ vult, præstanda; vel, ut Raschi scribit, שיש די באלהותו לכל בריה quod satis sit in Deitate ipsius pro omnibus creaturis: vel, שהוא מספיק חסרון כל הנמצאים כולם quod ipse sufficiens sit ad supplendum defectum omnium creaturarum.

Sunt etiam qui deducunt à שד mamma, quasi mammosum dicas, quod omnia alat ac nutriat. Sic reperitur apud prophanos Scriptores, Diana mammosa, Isis mammosa, Ceres mammosa.

Denique potest deduci à שרא, quod idem cum אצד fudit, effudit, quòd Deus copiosè vires, virtutes, potentias, ac influentias super creaturas effundat. Sic שדי erit formæ, רמאי, גבאי, דוי.

Omnes hæ significationes in hoc conveniunt, quòd Deus שדי Schaddai vocetur, à summa sua potentia, vel potiùs omnipotentia. Hinc etiam plerique interpretes reddiderunt, Deum præpotentem, omnipotentem, Germ. Allmaghtig: Græci παντοκράτορα seu ἱκανὸν.

36. Quoad usum, non tribuitur hoc nomen unquam vel Angelis, vel hominibus, vel Idolis, ut præcedentia quædam, sed semper soli Deo vero, quòd ille solus sit Schaddai Omnipotens, ἀυτάρκης & ἀνενδεὴς. Neque obstant loca Ezech. 1. 24. Job. 22. 25. 6. 4. ubi quidam volunt esse nomen prophanum & appellativum, vel epitheton cujusvis potentis. Nam & his in locis Nomen divinum manere censemus. Solent enim ita nomina divina epitheti loco adhiberi, ad summum & excellentissimum, aut maximum & vehementissimum quid significandum: vide Thesaur. Gramm. lib. 2. cap. 3. neque tamen desinunt manere nomina Dei: Vox Schaddai (Omnipotentis) Ezech. 1. 24. dicitur eodem cap. Vox El Schaddai, (Dei Omnipotentis) ubi vox ἀνθρωποπαθὼς Deo tribuitur, & potest esse Ellipsis Adverbii similitudinis & præpositionis, pro, sicut vòx omnipotentis, i. e. ab omnipotente: ut dicitur, Sicut vastatio ab omnipotente, Isa. 13. 7. Joel. 1. 15. Quod Job. 6. 4. dicit, Sagittæ שדי mecum sunt, id effert David, Sagittæ tuæ infixæ sunt in me, יהוה Domine.

37. In compositione tamen duo virorum nomina hactenus observavi, cum quibus componitur, צורישדי Tzuri Schaddai, & עמי שדי Ammi Schaddai, Num. 1. 6. & 12. pro quibus alibi est צוריאל Tzuriel & עמיאל Ammiel.

38. Celebre inter nomina divina quoque est nomen אדני Adonai, Dominus, quo primus omnium Abrahamus Deum compellasse & nominasse in Scriptura legitur, Gen. 15. 2. dicens: אדני יהוה מה תתן־לי Adonai Domine Deus quid dares mihi? Habet id formam nominis pluralis cum affixo primæ personæ, q. d. Domini mei. An autem ita sit, potest ambigi? Nam posset etiam esse numerus pluralis, Domini, simpliciter, ad formam גובי locustæ, Nah. 3. 17. שרי principes, Jud. 5. 15. חלוני fenestræ Jer. 22. 14. & similium, in quibus י- vel -י non est affixum, sed terminatio irregularis numeri pluralis: & kamets pro pathach,

ut

ut differat ab אדני Domini mei. Quicquid sit nunquàm de Deo dicitur אדני Dominus meus, vel אדני Domini mei, cum pathach, sed semper אדני cum kamets. & quidem centies trigesies quater, ut Masorethæ notárunt. Tribuitur autem Deo in numero singulari אדון Dominus; & in plurali tam absoluto אדנים, Mal. 1. 6. quàm constructo אדני Deut. 10. 17. Semper tamen sensu singulari ut & אלהים, quod inde Theologi quidam dicunt esse communis numeri. Dicitur autem Deus jure אדון Dominus, vel אדנים Dominus multiplex, quia universæ mundi machinæ quæ velut domus aut familia ejus est, imperat, illáque vicissim servit ei: unde vocatur אדון כל הארץ Dominus totius terræ, Ps. 97. 7, &c. κύριος τῆς ἐρήμου καὶ τῆς γῆς, Luc. 10. 21. κύριος πάντων, Act. 10.

39. Attamen non soli Deo tribuitur, sed aliquando etiam aliis: & quidem singulare Adon, passim de hominibus; plurale de unico; ut אדנים קשה Domini durus, pro Dominus durus, Isa. 24. 4. אדני הארץ Domini terræ, de solo Josepho, Gen. 42. 30. שמר אדני ההר Schemer Domini (i. e. Dominus) montis, 1 Reg. 16. 24. sed אדני cum kamets, nunquàm de hominibus dicitur. De Angelis videtur dici, Gen. 18. 3, 27, 30, 31, 37. & Jud. 6. 15. 23. quando illi, ut legati, Deum & Dominum suum referunt: quamvis etiam illa ad Deum referri possint quatenus videlicet Deus ipse per Angelos cum sanctis est locutus.

40. Restat ut aliquid de nominibus עליון & צבאות addamus, quæ D. Hieronymus, in suprà citato loco, quoque inter decem mystica nomina in V. T. Deo assignata retulit.

41. Et vox quidem צבאות Tzebaoth numeri pluralis est, ac significat exercitus, á singulari צבא. D. Hieronymus & Origenes existimárunt, nomen hoc solùm & absolutè esse ex sanctis Dei nominibus.

42. Sed scire licet, nomen hoc nusquam solùm & absolutè positum Deo attribui, sed semper præcedente alio aliquo nomine divino. יהוה Adonai, אלהים Elohim, vel utroque simul, יהוה אלהי צבאות Dominus Deus exercituum. Hinc etiam Hebræi quidam, qui de nominibus divinis scripserunt, duo hìc faciunt nomina, Adonai Tzebaoth, & Elohim Tzebaoth, nomina scil. divina cum eo conjungentes.

43. Permoti autem videntur illi ad hoc statuendum, illis locis, in quibus legitur יהוה צבאות ubi absolutè ponitur, non in constructione; quia, ut suprà dictum, nomen Dei proprium & essentiale non construitur: & אלהים צבאות, ubi itidem videtur absolutum esse, ob nomen præcedens, quod etiam in forma absoluta ponitur, ut Ps. 59. 6.. 59. 7.. 80. 5, 8, 20. Isa. 3. 15.

Sed sciendum in illis locis vel esse Enallagen nominis absoluti pro constructo, frequentem in lingua hebræa, ut videre est in Thesauro Grammatico, lib. 2. cap. 4. vel ut alii volunt, Ellipticam & concisam locutionem pro יהוה אלהי צבאות, juxta illud Am. 5. 13. יהוה אלהי צבאות שמו Dominus Deus exercituum est nomen ejus. Am. 4. 12.. 5. 27. & אלהים אלהי צבאות ut plenè hoc legitur, Am. 3. 13.

44. Rectè autem vocatur Deus, non Deus exercitûs in singulari numero, sed Deus exercituum, quia varios habet exercitus, qui ipsi parent ministrant & militant. Neque enim uno duntaxat exercitu, sed pluribus iisdemque fortissimis atque ad rem gerendam promptissimis, ad nutum suum uti potest. Habet צבאות מעלה exercitus superiores: habet צבאות משה exercitus inferiores. Exercitus superiores sunt primò Angelorum & Spirituum acies, unde David ait Psal. 103. Benedicite Domino omnes exercitus ejus. Luc. 2. 13. Et repentè affuit cum Angelo multitudo (exercitus cœlestis) laudantium Deum, &c. Sunt deinde exercitus cœlorum astrorum siderumque virtutes, juxta illud Gen. 2. Et consummati sunt cœlum & terra, & omnis exercitus eorum. Deut. 4. 19. Ne quando eleves oculos tuos in cœlum, & videas solem & lunam, & stellas, omnem exercitum cœli &c. Act. 7. 42. Ut servirent exercitui cœli, &c. Exercitus inferiores habet quoque innumeros: exercitus Dei sunt gladius, fames, pestis, qui tres exercitus plerunque in expeditionem ad ulciscenda publica scelera dicuntur: est nix, grando, ignes, venti &c. Sunt locustæ aliaque noxia animalia, exercitus & copiæ Dei magnæ. Quin & filii Dei sunt exercitus ipsius, militantes in hac terra pro ipsius gloria adversus Satanam, mundum, & propriam carnem. Hinc Israelitæ olim appellabantur Exercitus Dei, Exod. 12. 17.. 7. 4. Sic alios innumerabiles habet exercitus visibiles & invisibiles, quibus bono piorum, & malo impiorum utitur. R. Bechai adducit ex quodam Medrasch, in Com. in Leg. fol. 60. כשאני דן את הבריות אני נקרא אלהים כשאני עושה ברשעים מלחמה אני נקרא צבאות Quando Deus judicat creaturas vocatur Elohim: quando impiis bellum infert, vocatur Deus Zebaoth.

45. Et quoniam hoc solius Dei omnipotentis opus est, hinc etiam nulli creaturarum hoc Epitheton in sacris literis tribuitur. Unde D. Hieronymus monuisse videtur, non esse in aliam linguam transferendum, sìm etiam Apostoli illud non mutárint.

46. Ultimum nomen est עליון Eljon, non Helion, ut quidam scribunt; quod epitheton potiùs Dei est, quàm Nomen Dei. Est nomen autem adjectivum excelsus, altus, altissimus, ὕψιστος, ut Græci reddiderunt. Hinc frequenter aliis Dei nominibus adjungitur: ut אל עליון El Eljon, Deus excelsus, יהוה עליון Adonai Eljon, Dominus excelsus altissimus, אלהים עליון Deus excelsus. Et quotiescunque seorsim vel absolute ponitur, ale aliquod nomen divinum subaudiendum.

48. Tribuitur autem hoc nomen συνεκδοχικῶς Deo opt. max. propter Majestatis celsitudinem, quòd is solus essentiâ & gloriâ celsissimus sit & altus supra omnia, neque ullus ipso superior, uxta id quod Psaltes ait, Psal. 97. 9. כי אתה יהוה עליון על כל הארץ מאוד נעלית על כל אלהים Quia tu Domine excelsus es super terram; valdé exaltatus super omnem Deum, vel omnes Deos. Eadem notione vocatur Deus על, yal, ex plerorumque interpretum sententia, Hos. 7. 16.

Hæc in præsentia de Nominibus Dei sufficiant. Nunc cum Jobo concludo:

יהי שם יהוה מבורך Sit Nomen Domini benedictum.

CONCORDANTIÆ

Hebraicæ & Chaldaicæ, Biblicæ;

In Epitomen redactæ, & referatæ; captuique etiam Tyronum accommodatæ, adornatæ & explicatæ:

In quibus, etiam, Hebræo-Latina Lexica præcipua, huc usque edita, tam in Radicibus, quàm in Derivatis, explicandis, succinctè & quasi synopticè, exhibentur, &c.

אבב

RAD. 1. אָבַב. indè, 1. אָבִיב; M. frumentum matureſcens; ariſta virens; & in genere, omnia quæ verno tempore è terra progerminant; Spica cum calamo, ariſta; nomen menſis; Exod. 9. 31. Lev. 2. 14. Ezek. 3. 15. Cum præf. הָ demonſtr. הָאָבִיב Spica; menſis ſpicarum; Martius; quòd eo Menſe, frumenta ſunt ſpicata, in regionibus orientalibus; Exod. 13. 4. 23. 15. 34. 18. Deut. 16. 1. Inde, 11. אָב M. Viror, virgultum; unde cum præf. & aff. בְּאָבָיו in virore ſuo; Job. 8. 12. In pl. m. אֲבִים, in genere dicuntur, omnes fructus & plantæ; omniaque virentia, &, ut appellant, terræ, dum virent, naſcentia; unde in pl. m. conſtr. cum præf. בַּאֲבֵי in virentia *Vallis*, Cant. 6. 10. Item, inde Chald. אָבָא, vel אַבְּא m. idem, viror, virens, fructus recens; unde cum Aff. אִבְּהּ vel אִבְּיהּ fructus ejus; Dan. 4. 11. & cum præf. וְאִבְּהּ & recens fructus ejus; Dan. 4. 9. & 18. In quibus Nun eſt loco Dageſh; ſed Radix, אַבַּב, primum vel præcocem fructum producere, legitur in Targum, Hoſ. 9. 10.

Rad. 2. אָבַד, & in pauſa אָבָד periit, interiit; eſt, perdi, amitti, de medio tolli, amoveri, auferri. Num. 21. 30. Job. 11. 20. 18. 17. 30. 2. Pſal. 9. 7. 142. 5. Jer. 48. 46. Lam. 3. 18. Joel, 1. 11. Mich. 7. 2. Job. 4. 6. Jon. 4. 10. Iſa. 57. 1. Mich. 4. 9. cum præf. וָאָבַד & periit, vel converſivè, & peribit; 2 Reg. 9. 8. Pſ. 41. 6. Eccl. 5. 13. Jer. 25. 35. 48. 8. Ezek. 12. 22. Am. 2. 14. Zach. 9. 5. In 3. ſing. fæm. præt. kal; אָבְדָה, vel in pauſa, אָבָדָה periit illa, fæm. Exod. 10. 7. Jer. 7. 28. 9. 11. 47. 9. Ezek. 19. 5. Prov. 11. 7. Eccl. 9. 6. & cum præf. וָאָבְדָה & periit; vel converſivè, & peribit. Iſa. 29. 14. Jer. 40. 15. Ezek. 37. 11. In 2. ſing. m. אָבַדְתָּ periiſti, m. Num. 21. 33. & in 2. ſing. fæm. אָבַדְתְּ periiſti fæm. Ezek. 26. 17. & in 1. ſing. אָבַדְתִּי perii, Pſal. 119. 92. Eſth. 4. 16. Sic, in 3. pl. præt. kal. אָבְדוּ & in pauſa אָבָדוּ perierunt; Pſ. 10. 16. 146. 4. Jer. 48. 36. & cum præf. Vau conv. וָאֹבְדוּ vel in pauſa, וָאָבָדוּ & peribunt; Am. 1. 8. 3. 15. Jer. 6. 21. & in 2. pl. m. cum præf. Vau. conv. וַאֲבַדְתֶּם & peribitis; Lev. 26. 38. Deut. 11. 17. Joſ. 23. 16. Jer. 27. 10, & 15. & in 1. pl. אָבַדְנוּ periimus; Num. 17. 27. In Benoni Kal; אוֹבֵד vel אֹבֵד periens; Num. 24. 20, & 24. Deut. 26. 5. & 32. 28. Job. 4. 11. 29. 13. 31. 19. Pſ. 31. 13. 119. 176. Eccl. 7.

אבר

17. cum præf. לְאוֹבֵד pereunti, Prov. 31. 6. & in fæm. ſing. cum præf. הָאֹבֶדֶת pereuntem, Ezek. 34. 4. & 16. In pl. m. cum præf. הָאוֹבְדִים pereuntes; Iſa. 27. 13. & in pl. fem. אוֹבְדוֹת pereuntes; Jer. 50. 6. & cum præf. הָאֹבְדוֹת idem; 1 Sam. 9. 20. In infin. Kal; אֲבוֹד pereundo; Deut. 4. 26. 8. 19. 30. 18. & aliâ formâ, אֲבֹד perire; Deut. 7. 20. & cum præf. וּבַאֲבֹד & in pereundo; Prov. 11. 10. cum Aff. Cholem tranſmutatur, & mutatur in Cametz-chatuph; Sic, אֲבָדְךָ perire te. Deut. 28. 20. vel ſic, אֲבָדֶךָ idem; ib. v. 22. ſic, אֲבָדְכֶם perire vos, Joſ. 23. 13. & אֲבָדָם perire ipſos; Ob. 1. 12. & cum præf. וּבַאֲבָדָם & in perire ipſos, ſeu, & in pereundis ipſis; Prov. 28. 28. In fut. Kal, יֹאבַד, peribit; pereat; Job. 3. 3. Jer. 4. 9. & in alia forma cum tzeri, יֹאבֵד idem; peribit, Job. 20. 7. Prov. 19. 9. 21. 28. In 3. fem תֹּאבַד, vel תֹּאבֵד peribit; fæm. Deut. 22. 3. Job. 8. 13. Pſ. 1. 6. 9. 19. 112. 10. Prov. 10. 28, 11. 7. Jer. 18. 18. Ezek. 7. 26. In 3. pl. maſc. יֹאבְדוּ, & in pauſa, יֹאבֵדוּ peribunt, Jud. 5. 31. Pſ. 68. 31. 20. 27. Job. 4. 9. & 20. Pſ. 37. 20. 49. 11. 73. 27. 80. 17. 92. 10. Iſa. 60. 12. Jer. 10. 15. & 51. 18. cum præf. cop. Vau, וְיֹאבְדוּ & in pauſa, וְיֹאבֵדוּ & peribunt; Pſ. 9. 4. Iſa. 41. 11. Pſ. 83. 18. & cum Vau conv. וַיֹּאבְדוּ, vel in Pa. וַיֹּאבֵדוּ & perierunt; Num. 16. 33. 2 Sam. 1. 27. Job. 6. 19. & in 3. fæm. pl. cum præf. Vau conv. וַתֹּאבַדְנָה & perierunt; 1 Sam. 9. 3. Item in 2. pl. m. in pauſa, תֹּאבֵדוּ peribitis; Eſth. 4. 14. & cum præf. cop. וְתֹאבֵדוּ & pereatis, Pſ. 2. 12. Item, cum Nun parag. in fine, תֹּאבְדוּן peribitis, Deut. 4. 26. 8. 19 & 20. 30. 18. Denique. in 1. pl. נֹאבַד peribimus; Jon. 1. 6. & 3. 9. & cum ה parag. נֹאבְדָה, idem; Jon. 1. 14. In Piel, אִבֵּד perdidit; 2 Reg. 21, 3. Lam. 2. 9. & cum præf. cop. וְאִבֵּד & perdidit, Jer. 51. 54. Et cum Aff. אִבְּדָם perdidit eos; 2 Reg. 13. 17. In 2 ſing. m. præt. piel; אִבַּדְתָּ perdidiſti; Pſ. 9. 6. & in 1. ſing. אִבַּדְתִּי perdidi; Jer. 15. 7. cum Vau conv. pref. וְאֲבַדְתִּי & perdam, Ezech. 6. 3. & in 2. pl. m. cum præf. Vau conv. וַאֲבַדְתֶּם & perdetis, Num. 33. 51. Deut. 12. 3. In infin. piel, אַבֵּד perdendo, Deut. 12. 2. cum præf. לְאַבֵּד & perdere; Eſth. 9. 6. & 12. Jer. 12. 17 לְאַבֵּד ad perdendum, Eſth. 8 5. Eccl. 3. 6. Ezech. 22. 26. וְלְאַבֵּד & ad perdendum, Eſt. 3. 13, & 7. 4.

8.11. Cum Aff. לְאַבְּדֵנִי ad perdendum me, Pſal.119.95. וְלְאַבְּדָם ad perdendum eos, Eſt.3.9..4.7..9.24. וּלְאַבְּדָם & ad perdendum eos, Eſt.9.24. In fut. Piel. יְאַבֵּד perdet, Prov.29.3. Eccl.9.18. cum præf. cop. וַיְאַבֵּד & perdet, Eccl.7.9. Zeph.2.13. et cum Vau conv. & Aff. וַיְאַבְּדֵם & perdidit eos, Deut.11.4. Job.12.23. In 2 ſing.maſc. תְּאַבֵּד perdes, Pſal.5.7, 21.21. præf. וְתְאַבֵּד & perdes, Iſai.26.14. Aff. תְּאַבְּדֵם perdes eos, Prov.1.32. Et in 1 ſing. Cum Vau conv.& Aff. וַאֲאַבְּדֵךְ & perdidi te, vel,& feci ut perires; eſt, euphoniæ gratiâ, cum defectu alterius א, radicalis, ſcil.pro וַאֲאַבֵּדְךָ Ezec.28.16. Item, in 3.pl.conv.& Aff. וַיְאַבְּדוּם & perdiderunt eos,2 Reg.19.18. Iſai.36.19. & in 2 pl.m. תְּאַבְּדוּ perdetis, namb.33.51. & cum Nun parag. תְּאַבְּדוּן perdetis, Deut.12.2. In Part.Piel,pl.m. מְאַבְּדִים (a ſing. מְאַבֵּד) perdentes,Jer.23.1. In Hiphil 3.præt.cop. וְהֶאֱבִיד & perdidit, Numb.24.19. In 2. m. תַּבְּבַרְתָּ perdidiſti,Job 14.15. & conv. וְהֶאֱבַדְתָּ & perdes, Deut.7.24. Pſal.143.12. cum Aff. וְהַאֲבַדְתָּם & perdes eos, Deut.9.3. ſic, in 1.ſing.cum conv. וַהַאֲבַדְתִּי & perdam.Lev.23.30.Jer.25.10..49.38. Ezek.25.15..30.13.. 32.13. Obed.5.8. Mich.5.10.cum Aff. וְהַאֲבַדְתִּיךָ et perdam te,Ezec.25.7.et וְהַאֲבַדְתִּיךָ & perdam te,f.Zeph.2.5. In infin.hiph. הַאֲבִיד perdere, 2 Reg.10.16. præf. לְהַאֲבִיד ad perdendum, Deut.28.63. וּלְהַאֲבִיד & ad perdendum, Jer.1.10..18.7..31.28. Aff. לְהַאֲבִידֵנוּ ad perdendum nos, Joſ.7.7. Item, הַאֲבִידוּ perdere eum, Deut.28.51. לְהַאֲבִידוֹ ad perdendum eum,Deut.7.10, 2 Reg.24.2. In fut.hiph. i. ſing. cum ה parag. אַבִּידָה, vel אֹבְדָה, Jer.46.8. perdam, perire faciam, &c. eſt autem anomalum, א radicali abjecta; & cholem, ex forma Kal, vel ex chald. aſſumpto; Item,in part hiph. מַאֲבִיד perdens.Deut.8.20. col. Rad. verbaliter. Inde, 1. אֲבֵדָה res perdita vel amiſſa; Exod. 22.8. Lev.5.22. præf. הָאֲבֵדָה rem amiſſam, Lev.5.23. Conſtr. אֲבֵדַת rei amiſſæ,Deut.22.3. Deinde ii. אֲבַדּוֹן perditio,Job 28.22..31.12.præf. וְאַבַדּוֹן & perditio,Prov. 15.11. בָּאֲבַדּוֹן in perditione,& Pſal.88.12. לְאַבַדּוֹן perditioni,Job.26.6.Item iii.In alia forma cum præf. וַאֲבַדֹּה cum cholem, & ה; & perditio,Prov.27.20. Et iiii. In alia, cum præf. וְאַבְדָן & perditione,ut in Eſth.9.1. Ac denique etiam v. In alia,itidem, cum præf. בְּאָבְדָן in perditionem,Eſth.8.6. At, אֹבֶד Numb.24.20. & Pſal.119. 176.licet, à quibuſdam, pro nomine ſumatur; perditio; pleriſque tamen manet part. benoni kal, ut ibi ponitur.

Rad. 3. אָבָה Voluit, concupivit, acquievit, Exod.10. 27. Deut.2.30..10.10..23.10..25.7. Jud.11.17.. 19.10. 1 Sam.31.4. 2 Sam. 2. 21..6.10.. 12. 17.. 13,14,16,25.. 14.29..23.16,17. 1 Reg.22.49. 2 Reg. 8. 19.. 13. 23.. 24.4. 1 Chron.10.4.. 11.19.. 19.19. 2 Chron.21.7.Pſal. 8.1. In 1.ſing. אָבִיתִי volui. Joſ.24.10. 1 Sam.26.23. In 3.Pl. אָבוּ voluerunt, acquieverunt, Jud. 19.25..20.13. 1 Sam.15.9.. 22.17. Prov.1.30. Iſai.30.9.. 42.24. Ezech. 20.8. Item, אָבוּא Idem; ſed eſt cum א, parag. pro אָבוּ voluerunt,Iſai.28.12. Et in 2 pl. m. אֲבִיתֶם voluiſtis, Deut. 1.27. Prov. 1. 25. Iſa. 30. 15. In fut. kal, יֹאבֶה acquieſcet, Deut.29.20. Prov.6.35. cum ה interrog.præf. הֲיֹאבֶה An volet? Num acquieſcet? Job.39.9. Et in 3. ſing.fæm. תֹּאבֶה volet, f. Gen.24.5. & 8. & in 2 ſing.m. תֹּאבֶה velis,acquieſcito,Deut.13.8, 1 Reg. 20. 8. Item, תֹּאבֵא, idem; eſt cum tertia Radicali ה, in א mutata; & prima radicali א, abjecta; Prov.1.10. Et in 3.pl.m. יֹאבוּ voluerint,Ezec.3.7. & 2 pl.M. תֹּאבוּ voluerit is,Lev.26.21. Iſa.1.19. Item, in part. benoni kal, pl. m. אֹבִים acquieſcentes,volunt; (a ſing. אֹבֶה) Ezech. 3. 6.Col.Rad. verbaliter. Indè, i. אֵבָה m.deſiderium, concupiſcentia, Job 9.26. Dein,ii. Hinc, אֲבָי Adv. ſeu particula optandi, ô, ô ſi; Job. 34.36. Et iii. Hinc,No.fæm. cum præf. הָאֲבִיוָה concupiſcentia,Eccl.12.6. Ut & iiii. Hinc, אֶבְיוֹן m.pauper,egenus,qui nihil aut parùm habet, ſed habere deſiderat; vel potiùs, ab acquieſcendo, quia tales,obſequioſi,& non faſtidioſi eſſe ſolent;Deut.15.4..7. 11. 1 Sam. 2.8. Job.5.15. Pſal. 9.19..72.4,12.. 107. 41.. 109.31..113.7. Prov.14.31.Iſa.32.7. Jer.20.13. Am.8.4. cum præf. וְאֶבְיוֹן & egenus, Deut. 24. 14. Job 24. 14. Pſal.35.10..37.14..40. 18..70.6..49.4..72.13..74.21..82. 4..86.1..109.16. & 22.Prov.31.6. Jer.22.16. Ezech. 16. 49.. 18.11. Ezech.22. 28. Am.2.6.& 8.6. לָאֶבְיוֹן egenus, Deut.15.6. & 9. לָאֶבְיוֹן egeno, Job 30. 25,31. 19. Prov.31.17. Iſa.25.4. Et cum Aff. אֶבְיוֹנְךָ egeni tui, Exod.23.6. וְלְאֶבְיוֹנְךָ & egeno tuo, Deut.15.11. In pl. m. אֶבְיוֹנִים egeni, pauperes,Job 24.4.Pſal.13.7..69.34.. 72.13.. 140. 13. Jer.2. 33.. 5. 28. Am.4.1. cum præf. וְאֶבְיוֹנִים & egeni, Prov.30.14. Iſai.15.3. Am.5. 12. & וְהָאֶבְיוֹנִים & egeni, Iſa.41.17. לָאֶבְיוֹנִים egenis, Eſth. 9.22. Job 29.16. Pſal.112.9. Conſtr. אֶבְיוֹנֵי egeni, Exod. 23.11. cum cop. וְאֶבְיוֹנֵי & egeni, Iſa.29.19. & cum Aff. אֶבְיוֹנֶיהָ egeni ejus, fæm.Pſal.132.15. Item, ad hoc ſignificatum, reducunt quidam, No.fæm. ſuprà deſcriptum, viz. הָאֲבִיוָה indigentia, Eccl.12.6. Dein, v. Huc etiam reducunt,interjectionem, ſeu particulam dolendi, אֲבוֹי Heu,cheu, Prov.23.29. Denique vi.Hinc & nomen notum אָב, m. Pater; ratio derivationis videtur eſſe,à benevolo patrum affectu; quia ſcil. ſunt indulgentes erga liberos, & idem, quod illi, volunt; ſed אָב dicitur etiam, author; inventor primus,doctor, dux, avus, proavus, & in genere, pater generatione, ætate & honore; eſt autem nomen quod frequens admodum occurrit, Gen.44. 19. & 20.&c.ad 2 Chron.35.5.(30 circ.l.)cum præf. הָאָב patris, Ezec.18.4. & 20.col. וְאָב & pater,ibid.v.20. col. לְאָב in patrem,pro patre, pater, patri, Gen.25.8. Jud. 17. 10.. 18.19. 2 Sam.7.14. Iſai.22.21..48.10. Jer. 31.8. Ezech. 44.26. Prov.30.17. 1 Chron.17.13.. 22.10.. 28. 6. col. כְּאָב ſicut pater, Job 31.18. וְכְאָב & ſicut pater, Prov. 3.12. col. In conſtr.interdum eſt, אַב pater, Gen.17.5. cum præf. לְאַב in patrem, Gen.17.4. col. Sed frequentius multo,eſt in conſtr. אֲבִי pater,patris, &c. Gen.4.20, 21.. 9.18,22.. 10.21.. 11.29. Iſai.9.7. Pſal.68.6.&c. ad 2 Chron.9.35. (80.circ.l.) Item,cum præf. וַאֲבִי & pater, 1 Chron.2.17 & 49.& לַאֲבִי patri, Deut.22.19.& 29. col. præf. Sæpe etiam occurrit cum Aff.ut, אָבִי (differt à conſtr.per cametz·) pater meus, patris mei, patrem meum,&c. Gen.19.34.. 20.12,& 13.. 22.7. Pſal.27. 10.. 89 26.&c.ad Jer.3.19. (130.circ.l.) cum præf. וַאֲבִי & pater meus,1 Sam.24.11.1 Reg.2.32. לַאֲבִי patri meo,Gen.44. 32..45.13.Jud.14.16,iSam.17.34.1 Reg.19.20.Prov.4.3. col.; & לְ Item,cum aliis Aff. אֲבִינוּ pater noſter,Gen. 19.31,32..31.14..42.13,& 32..44.25,& 31..Numb.26.3.. 27.4. Joſ.11.2,1 Chron.29.10. Iſa.63.16.. & 64.8.Jer.35. 6,8,& 10.cum præf. לַאֲבִינוּ patri noſtro, Gen.31.1..43. 28. מֵאֲבִינוּ à patre noſtro, Gen.19.32,& 34..& 31.17. col. ſic & אֲבִיךָ pater tuus, Gen.12.1..26.3.& 24.. 27.6.. 28.13.&c. ad Jer.22.15. (110.circ.l.) cum præf. וַאֲבִיךָ & pater tuus, 2 Sam.17.8. לַאֲבִיךָ patri tuo,Gen.27.9,& 10.

Jud.

Jud.6.25. Prov.23.22. & מֵאָבִיךָ à patre tuo, Job.15.10. (col. præf.) sic, אָבִיךָ pater tuus,fæm.gen.24.23..38.11. Jos.2.18. Jud.14.15. Ruth 2. 11. Est.4.14. Ezec.16.3. præf. מֵאֲבִיךָ à patre tuo,2 Sam.6.21. Item,אֲבִיכֶם pater vester, Gen.31.29..43.7. & 27.. 44.16..45.18 & 19.. 49.2. Jos.24.3. Isai.51.2. Jer.35.18. & אֲבִיכֶן pater vester, fæm.Gen.31.5,9, 7; præf.וַאֲבִיכֶן & pater vester fæm. Gen.31.7. Ezech. 16. 44. col. Aff.2. pers. plur. masc. & fæm. Sic & אָבִיו pater ejus, vel suus, &c. Gen. 2.24..11.28.. 22.7.. 26,15..18.&c. ad Zach.13.3. (210. circ.l.) & cum præf. לְ, וְלְ & וּלְ 30. circ. l. & semel cum præf.כְּ, caph similitudinis, כְּאָבִיו sicut pater ejus,2Reg. 3.2. Item,אֲבִיהוּ idem, pater ejus, patris sui, &c. Jud. 14.19..16.10.& 31.1Reg.5.15.1Chron.26.10. 2Chron.3. 1.Zac.13.3.col.& אָבִיהָ pater ejus,patris sui,patrisuo,&c. fæm.Gen.19.33..29.12..31.35..&c.adEst.5.7.(30.circ.l.) cum præf.לְאָבִיהָ & וַאֲבִיהָ & pater eius, Numb.12.14. & מֵאָבִיהָ patris sui, Gen.29.9. & 12. & 31.19. col. præf. Item, אֲבִיהֶם pater eorum, patris sui,patrem suum, &c. Gen. 9.23..31.53.. 37.2.&c.ad Jer.35.16.(36.circ.l.)cum præf. וַאֲבִיהֶם & pater eorum,Gen.42.35. & לַאֲבִיהֶם patri suo,1Reg.13.11.col.præf. Denique, אֲבִיהֶן patris sui, patrem suum,&c.fæm. Gen.19.33.& 35. Exod.2. 16. & 18. Numb.27.7.. 36.12.Jos.17. 4. cum præf.מֵאֲבִיהֶן ex patre suo, Gen.19.36. col. In pl.masc. (sed terminatione fæm.) אָבוֹת patres,majores, Exod.12.3..20.5.. 34.7. &c. ad Mal.3.24. (30.circ.l.) cum præf. הָאָבוֹת patres, patrum, &c. Numb.36.1. Deut.18.8. Jos.19.51. &c. ad Neh.12.63.(30.circ.l.) & וְהָאָבוֹת & patres, Jer.7.18, 13.18.& לָאָבוֹת Patribus, 1 Chron.26.30. Neh. 11.13. col. In constr.est אֲבוֹת patres, Exod.6. 28. Numb.31. 26.. 32.28. Jos.14.1. & 21.1. cum præf. וַאֲבוֹת & patres, Exod.10.6. Dan.11.24. cum Aff. אֲבוֹתַי patres mei, Gen.46.9..47.30.&c. ad Isa.37.11. (12.locis.) cum præf. וַאֲבוֹתַי & patres mei, 2 Chron.32.13. & מֵאֲבוֹתַי à patribus meis, 1 Reg.19.4. Sic cum aliis Aff. אֲבוֹתֵינוּ patres nostri, Gen.46.34..47.3,&c. ad Mal.2. 10. (50. circ.l.) & cum præf. לְ, וְלְ & וּלְ 15. circ.l. Item, אֲבוֹתֶיךָ patres tui, Gen.15.15..1.3.&c. ad Jer.34.5.(25.circ.l.) & cum præf. לְ,וְלְ, כְּ, וְלְ & מִ, 15.circ.l. Item, אֲבוֹתֵיכֶם patres vestri, Gen.48.21. Exod.3.13,15,16,&c. ad Mal. 3.7. (60.circ.l.) & cum præf.לְ,וְלְ,כְּ,יִכְּ, לְ, & וְלְ 30.circ. l.& semel, מֵאֲבוֹתֵיכֶם præ patribus vestris, Jer.16.12. Item, אֲבוֹתָיו patres ejus, patrum suorum, &c. Lev. 25. 41. Numb.1.4.& 44.. 2.34. &c.ad Dan.11.38. (80.circ. l.) cum præf.לַאֲבוֹתָיו patribus ejus,Numb.11.12. Deut. 31.20. col. Item, אֲבוֹתָם patres ipsorum, patrum suorum,&c. Exod.4.8. Lev.26.39,40, &c. ad Mal.4.6. (80. circ.l.) & cum præf. לְ, כְּ, לְ,15.circ.l. ut & מֵאֲבוֹתָם præ patribus suis, Jud.2.19. Job 15.18.Jer.7.28.col. Denique,sic &, אֲבוֹתֵיהֶם idem, patres ipsorum,patrum suorum,&c. 1 Chron.4.38..5.13.& 25.&c.ad Jer.50.7. (15. circ.l.) & cum præf. וַאֲבוֹתֵיהֶם & patres ipsorum, 1 Chron.9.19. Jer.19.4.& לַאֲבוֹתֵיהֶם patribus ipsorum, per majores suos; 1 Reg.14.15, 1 Chron.6.19. Neh.9. 23.& וַלַּאֲבוֹתֵיהֶם & patribus ipsorum,2 Chron.6.25. & Jer.24.10.col.

Rad.4. אָבַח, unde,אַבָּחָה fæm. cuspis, mucro; vel, terror, mucro flammans,&c. occurrit tantum semel, in constr. אַבַּחַת terrorem,vel mucronem gladii,&c.Ezec. 21.15.col.Rad.

Rad.5. אָבַט. Unde הָאֲבַטִּחִים pl. m. (cum præf. הָ) pepones, Numb.1.15.col.Rad. Vide & in Rad.בָּטַח.

Rad.6. אָבַד, Unde in Hithp הִתְאַבַּד elevari,extolli,ut in fut. hithp.3.pl.m.cum Vaû conv.præf. וַיִּתְאַבְּרוּ & elevantur; sive elevabunt se, Isai.9.18. col.Rad.

Rad.7. אָבַל luxit, in luctu fuit, Hos.10.5. & cum וְ, conv. וָאֶבֵל & lugebit, Am.8.8. in 3.pl.אָבְלוּ luxerunt, lugent, Joel 1.9.& cum וְ, cop.vel conv. וְאָבְלוּ & luxerunt,vel,& lugebunt, Isa.3.26..19.8. Am.1.2..9.5. In fut. kal. 3.fæm. תֶּאֱבַל (à 3.m. יֶאֱבַל) lugebit, Job.14.22. In hiph. הֶאֱבִיל,luctum attulit; ut, In fut. hiph. 3. f. m. cum וְ, conv.præf. וַתַּאֲבֵל & luctum affert, Lam.2.8. Sed in hithp. occurrit sæpius, הִתְאַבֵּל luxit, 1 Sam.15.35. & in imper fing.fæm. הִתְאַבְּלִי (a masc. הִתְאַבֵּל) lugeto, 2 Sam.14.2. & in fut. hithp. יִתְאַבֵּל lugebit, Ezec.7.27.. 10.12.cum וְ, conv. וַיִּתְאַבֵּל & luxit,Gen.37.34,2 Sam. 13.36..19.2, 1 Chron.7.22. & in 1 sing.cum וְ,conv.præf. & ה parag.Aff. וְאֶתְאַבְּלָה & lugebam, Neh.1.4. Sic,in 3.pl.m. cum וְ, conv. וַיִּתְאַבְּלוּ Numb.14.39.1 Sam.6.19. & in pausa, וַיִּתְאַבְּלוּ & luxerunt, Exod.33.4. ut & in 2. pl.m. תִּתְאַבְּלוּ Neh.8.9. lugebitis. Item, in part. hithp. מִתְאַבֵּל lugens, 1 Sam.16.1. Dan.10.2. Ez.10. 6. & in fæm. מִתְאַבֶּלֶת lugens,fæm.2 Sam.14. 10. & in pl.m. מִתְאַבְּלִים lugentes, 2 Chron.35. 24. Isai.66. 10. Sed Verbum אָבַל signif. etiam,lugere ex vastatione, & desolatione;vastari,desolari, ut Isa.24.7..33.9. אָבַל luxit, lugebit, & in 3 sing.fæm. אָבְלָה luxit, lugebit, fæm. Isa. 24.4. Jer.12.11..13.2..23.10. Joel 1.10. & in fut.kal. 3. sing.fæm. תֶּאֱבַל lugebit, Jer.4.28. & 12.4. Hos.4.3. & in hiph. 1.sing.præt. הֶאֱבַלְתִּי (a 3.masc. הֶאֱבִיל lugere fecit) lugere feci, Ezec.31.15.col.Rad.verbaliter. Inde, I. אֵבֶל m.lugens, Gen.37.35..50.11. Num.33.48. Est.6. 12. cum præf. כְּאֵבֶל tanquam lugens,Psal.35.14. In pl. m. אֲבֵלִים lugentes, Job 29.25. Isa.61.2. In constr.cum præf. לַאֲבֵלֵי lugentibus, Isai.61.3. & cum præf. & Aff. וְלַאֲבֵלָיו & lugentibus ejus, Isa.57.18. In pl.f. אֲבֵלוֹת lugentes, Lam.1.4. Dein, ii. hinc, אֵבֶל m.luctus, Gen. 27.41..50.10 & 11. Deut.34.8. 2 Sam.14.2. Esth.4.3. Eccl.7.2.& 4. Isa.61.3. Jer.6.26.. 16.7. Ezec. 24. 17. Am.5.16. præf. וּלְאֵבֶל & luctus, Mich.1.8.הָאֵבֶל luctus, Gen.50.11, 2 Sam.11.27. כְּאֵבֶל sicut luctus, Am.8.10. לְאֵבֶל in luctum, 2 Sam.19.3. Job 30.31. Lam. 4. 37. Am.8.10. וּמֵאֵבֶל & à luctu. Esth.9.22. cum Aff. אֵבְלֵךְ luctus tuus, Isai.60.20. & אֵבְלָם luctus eorum, Jer.31. 13. Item, iii. Huc etiam reducunt, אֵבֶל planities, Jud. 7.22.. 11.33. 1 Sam.6.18. Et,iiii. Huc etiam reducitur, אֲבָל asseverandi particula, veruntamen,sed,at, certè, verè, profectò, Gen.17.19.. 42.21, 2 Sam.14.5. 1 Reg.1. 43.. 2 Reg.4.14. 2 Chron.1.4..19.3.. 33.17. Ez.15.13. Dan.10.7. & 21. col.Rad. אוּבָל vide in יָבַל.

Rad.8. אָבֶן; & in pausa, אָבֶן; fæm.lapis, pondus,perpendiculum, Gen.31.45..35.14..49.24. Psal.118.22.&c. ad Zach.12.3.(60.circ.l.) cum præf. וְאֶבֶן & ob pausas, וָאֶבֶן & וְאָבֶן & lapis, Lev. 26.1. Deut.4.28, 25. 13. Prov.11.1, 20.10 & 23.&c. ad Ezech.20.32.(20.circ.l.) & הָאֶבֶן lapis,lapidis, lapidem, Gen.28.11. &c.ad Zach. 4.10. (20.circ.l.) Sic,cum aliis præf. וְ, וָ, בְּ, בָּ, וּבְּ, וּבָּ, כְּ, כָּ, וּכְּ, וּכָּ, לְ, וְלְ, לָ, וְלָ, כְּ, וְכְּ, & מִ, 25. circ.l. Cum Aff. אַבְנוֹ lapidem suum, 2 Reg.3.25.col. Aff. In pl.f. (licet term.m.) אֲבָנִים lapides,pondera, perpendicula,Gen.31.46.Exod.20.25, 34.1.& 4. 1 Reg.5.17. &c. ad Jer.43.9.(40.circ.l.) cum præf.וַאֲבָנִים & lapides, 1 Chron.22.14. col. Sed cum

aliis præf. ſæpiùs,viz. cum ל & כ,יכ,וה,ה, 50.circ.l. In conſtr. אַבְנֵי lapides,lapidum,&c. Exod.25.7, 28.9 12.&c.ad Zach.9.16. (40.circ.l.) & cum præf. וְאַבְנֵי & lapides,Exod.25.7.&c.& cum aliis præf. ל, כְּ, לְ, וְ & מִ 20.circ.l. Item, cum Aff. אַבְנָיִךְ lapides tui, Iſa.54. 11. וַאֲבָנָיִךְ & lapides tui, Ezec.26.12. אַבְנָיו lapides ejus, m.Lev.14.45.Prov.24.31. Zach.5.4. אַבְנֶיהָ lapides ejus,fæm.Deut.8.9..2 Reg.3.25. Job 28.6. Pſal.102. 15. Mich.1.6.& אַבְנֵיהֶם lapides eorum, Neh.3.35. col.Aff. Item, hinc, Nomen duale cum præf.הָאֲבָנִים M. Sellæ parturientium, vel Sellæ, ſeu tabulæ figulorum, Exod.1. 15. Jer.18.3.col. communiter, אֲבָנִים putatur ſcribi, pro אֲפָנִים ſignificante duplicem rotam; ſicut certe rota eſt figuli, quæ ſuperne unam circumferentiam, & inferne alteram habet; (nam אֹפֶן propriè, circumferentiam rotæ ſignificat, quam Latini canthum vocant, licet ſæpe pars pro toto accipiatur) & eſt quaſi duplex rota, ſeu duæ rotæ, aut, ſella ex duabus rotis; (ſimiliter etiam, forſan,ſella ædificata olim fuit, in qua mulieres in partu enitebantur) rotunda ſcil. & inſtar duarum molarum;ob quam duplam formam, dualem etiam habet formam, plicatæ enim geſtari ſolent ejuſmodi rotæ figulorum, & ſellæ parturientium.

Rad.9. אַבְנֵט m. nomen radicale quadriliterum,cingulum, quo ſcil. Sacerdotes in miniſterio ſuo cingebantur, ne diffluerent veſtes; zona erat bullis ornata; balteus, Exod.29.9. Lev.8.13. cum præf. וַאֲבָנֵט & balteus, Exod.28.5. & 40. הָאַבְנֵט balteum, Exod.39. 29. בָּאַבְנֵט balteo, Lev.8.7. וּבָאַבְנֵט & balteo, Lev. 16.4. Et cum Aff. וְאַבְנֵטְךָ & balteus tuus,Iſa.22.21.In pl.m. אַבְנֵטִים baltei, Exod.28.41.

Rad.10. אָבַס ſaginare, ſaginavit ad præſepe; Undè, part.paul, אָבוּס ſaginatus,Prov.15.17. In pl.m.אֲבוּסִים ſaginati, 1 Reg.4.23. Inde, i. אֲבוּס m.præſepe,Prov.14. 4. Iſai.1.3. In pl.m.conſtr. cum Aff. אֲבוּסֵי præſepia tua, Job 39.9. part.אָבוּס eſt, ſaginatus juxta præſepe; & nomen אָבוּס quaſi ſaginatorium, &c. Deinde, ii.Hinc, no. pl. m. conſtr. cum Aff. מַאֲבוּסֵי granaria ejus,(à ſing.pl.מַאֲבוּסִים) ſive horrea ejus, Jer.50.26. col.Rad.

Rad.11. אָבָק m.pulvis,pulviſculus,eſt,propriè, pulvis excitatus, pulvis qui vento impellitur, vel, in luctâ excitatur; pulvis tenuis; (ut,עָפָר eſt pulvis paulo grandior) & ad aromata contuſa etiam transfertur, Deut.28. 24. In conſtr. אֲבַק idem, pulvis, Nah. 1.3. cum præf. כַּאֲבַק Iſai.5.24. & כַּאֲבָק Iſai. 29. 5. Sicut pulvis; & לַאֲבָק in pulverem, Exod.9.9. Item, cum Aff. אֲבָקָם pulvis eorum, Ezec.26.10.Hinc, i. No.אֲבָקַת (conſtr.ab אֲבָקָה) fæm.idem;pulvis, Cant.3.6. Item, ii. Inde, verbum,in niph. נֶאֱבַק luctari; Unde in fut.Niph. cum ו conv.præf. וַיֵּאָבֵק & luctatus eſt, Gen.32.24.& in Infin. niph. cum præf.& Aff. בְּהֵאָבְקוֹ in luctando ipſum,Gen. 32. 28.col Rad.

Rad.12. אָבִר; Inde, אֵבִיר (conſtr.ab אֲבִיר) m.fortis, robuſtus, potens, Gen.49.24. Ha.1.24.. 49. 26.. 60. 16.cum præf. לָאֵבִיר robuſto, Pſal.132.2 & 5.Item,inde, ii. אַבִּיר m. potentiſſimus, 1 Sam.21.7. Job 34.20. Cum præf.כָּאַבִּיר (pro כַּאֲבִיר) ut potentiſſimus, Iſai.10. 13. Vel,ut quidam volunt, eſt cum א redundante,pro כַּבִּיר idem; ſub Rad. כָּבַר, ubi vide. In pl. maſc. אַבִּירִים robuſti, potentes; Synecdochicè,tauri, juvenci, Job.24. 22. Pſal.50.13.& 68.31. 78.25. Iſai.34. 7. cum præf. כָּאֲבִירִים ut robuſti,Jer.50.11. In conſtr.אַבִּירֵי Pſal.22. 13.. 76.6. Iſai.46.12. Lam.1.15.& cum Aff.אֲבִירֶיךָ robuſti tui, Jer.46.15.& אֲבִירָיו robuſti ejus, Jud 5. 22.. Jer.8.16.. 47.3. Deinde, iii. Hinc,אֵבֶר m. ala, penna; quòd in alis, robur avium præcipuè locetur; & eſt, propriè, ala major, ut columbæ, accipitris, ciconiæ,aquilæ, &c. (nam כָּנָף generalius eſt.) Pſal. 55. 7. Iſa.40. 31. cum præf. הָאֵבֶר idem, ala, Ezech. 17.3. Et iiii. Inde, אֶבְרָה fæm. idem, penna, &c. Job. 39. 16. cum Aff. אֶבְרָתוֹ alam ſuam, ſive alas ſuas, Deut. 32. 11.&,בְּאֶבְרָתוֹ alâ ſuâ, Pſal.91.4. & in pl.f. cum præf. & Aff.וְאַבְרוֹתֶיהָ & pennæ ejus, Pſal.68.14.Item,v.Hinc, verbum in hiph.fut.3.ſing.m. יַאֲבֵר volabit, Job 39.26. à præt.hiph. הֶאֱבִיר volavit. ſignificat alam fortem accipere, vel, alâ forti volare, &c.

Rad.13. אָגַר; Unde, אֲגֻדַּת (conſtr. ab אֲגֻדָּה abſol.) fæm. faſcis, faſciculus, Exod.12.22. Item,agmen; ut,cum præf. לַאֲגֻדַּת in agmen, Exod.2.25.& cum Aff. וַאֲגֻדָּתוֹ & agmen ſuum, Am.9.6. In pl.f. אֲגֻדּוֹת faſces, faſciculi, Iſai.58.6.col Rad.

Rad.14. אֱגוֹז; Inde No.אֱגוֹז m.nux, nucis,Cant.6.11. col.Rad.

Rad. 15. אֶגֶל m. gutta; Undè, in pl.m. אֲגָלִים ſtillæ, guttæ; ita communiter; ſed, videtur אֶגֶל vel, אֲגֶל aut אֵגֶל eſſe uligo,ſeu humor,ex rore liquefacto, &c. & in pl. m.conſtr. אֲגָלֵי guttæ,guttas, Job.38. 28. col.Rad.

Rad.16. אֲגַם maſc.ſtagnum, palus. Pſal.114. 8. cum præf.לָאֲגַם in ſtagnum, Pſal.107.35. Iſa.35.7..41.18. In pl.m.cum præf. הָאֲגַמִּים ſtagna, Exod.8.1. וַאֲגַמִּים & ſtagna, Iſa. 42.15. Jer.51.32. & in conſtr. cum præf. וַאֲגַמֵּי & ſtagna, Iſa.14.23.. 19. 10. Item, cum Aff. אֲגַמֶּיהָם ſtagna eorum, Exod.7.21. quæ ſunt abſque dageſch, in Mem; Item,inde,No. אַגְמוֹן m.juncus, juncum, Job 40.21. & cum præf. וַאֲגַמוֹן & juncus, Job 41. 12. Iſa.9.14. & 19.15. &, כַּאֲגַמוֹן ſicut juncus,Iſa.58.5. Sed, in loco Job.40.21. אַגְמוֹן quibuſdam,eſt, hamus,cujus caput incurvatum, more junci, confer Iſa. 58.5. Vel, ut alii, reſtis,ex junco facta,quâ aliquid ligatum tenetur; Item, in Job 41.12. exp. cacabus, ſeu, ahenum magnum aquam continens, inſtar ſtagni; Vel, ſtagnum, ex aeris calore fumans, ut olla aquâ calidâ plena.

Rad.17. אַגָּן fæm. Crater; phiala, Cant. 7. 3. In pl. fæm.cum præf. הָאֲגַנּוֹת crateres, Iſa.22.24. & בָּאֲגַנּוֹת in crateribus. Exod.24.6.

Rad.18. אָגַף m. Ala, militaris,ſcil.Agmen; Unde, in pl.m.conſtr. cum Aff. אַגַפֵּיךָ alæ tuæ, agmina tua,Ezec. 38.9.. 39.4. Sic, אַגַפָּיו agmina ejus,Ezec.12.14.. 17.21.. 38.6. & 22. & אַגַפֶּיהָ agmina ejus, fæm. Omnia à pl. m. אַגַפֵּי in conſtr. אַגַפֵּי &c.

Rad.19. אָגַר collegit, comportavit; Unde 3. fæm. ſing. אֹגֶרֶת comportat, Prov.6.8. & in fut.kal.2 ſing.maſ. תֶּאֱגוֹר comportabis; (a 3. ſing.m. יֶאֱגוֹר) Deut. 28. 39. In benoni kal, אוֹגֵר vel אֹגֵר comportans, Prov. 10.5. & in Paul, אָגוּר q.d.recollectus,vel nomen propr. à part.derivatum, & videtur eſſe ænigmaticum, Agur; q.d. collectus,receptus,filius jakeh, h.e. obedientis;quod nomen Solomon ſibi fecit, tanquam innuens oberrationem ſuam, ex qua receptus eſt, Prov.30.1. Inde 1. No. אִגֶּרֶת fæm. Epiſtola, Eſth.9.29. cum præf. וְאִגֶּרֶת & epiſtola, Neh.2.8..6.5.& הָאִגֶּרֶת epiſtolæ, Eſth.9. 26. In pl.fæm. אִגְּרוֹת epiſtolæ, 2 Chron.30.1. Neh.2.7. & 9.. 6.19.Cum præf.בָּאִגְּרוֹת cum epiſtolis,2 Chron.30.6.

&

& cum Aff. אִגְּרוֹתֵיהֶם epiſtolas ſuas, Neh. 6. 17. Deinde, ii. Hinc etiam deducunt quidam, nomen אֲגוֹרָה fæm. in Conſtr. אֲגוֹרַת nummus, nummulus, parva moneta, obolus, ſcrupulus, &c. extat ſemel, cum præf. לַאֲגוֹרַת pro nummulo, 1 Sam. 2. 33. vel 36.

Rad.80. אַלְגֻּמִּים Nomen etiam Radicale quadriliterum; plur. masc. ligna quæ non facile putrescunt; idem cum אַלְמֻגִּים literis transpositis; & ambo sunt composita, ex אַל i. e. non; & מוּג, i.e. dissolutus est; nam ista species lignorum, non facile recipit humiditatem, ut dissolvatur. Av. Cedri genus est, & ex Libano petebatur; non igitur corallium est. 70. ξύλα ἀσηλάθ; συριακὰ; Cocc. Ligna-thynia; species cedri præstantissimi; Hebræi communiter corallium putant esse; sed id non videtur competere iis operibus ad quæ adhibebatur. Bu. Lex. Occurrit, 2 Chron. 2, 8. & c. 9. 10, 11. & pro his duobus locis, ponitur אַלְמֻגִּים 1 Reg. 10. 11, & 12. Col. Rad.

Rad. 81. אָלָה juravit, adjuravit, maledixit; exsecratus est; juramento adstrinxit sese vel alterum addita imprecatione; sæpiùs neutrum est, si non semper, nam ex eo posteà fit Hiphil activum. Pag. & Merc. in eo. Semel, ex significatione Chaldaica, ejulavit; viz. Joel 1.6, vel 8. in Imper. kal; אֱלִי ejulato. Bu. Lex. אָלָה significat dejerare; dejerando imprecatus est sibi vel alii, ut pereat, & in nihilum redigatur, nisi fides servetur; idèo, cognationem habet cum אָלִיל nihilum; & יָלַל ululavit; rem enim annihilatam & perditam sequitur ululatus; alludit quoque ad אֱלוֹהַּ Deus; nam, dejerationes & imprecationes diræ, non sunt sine recordatione nominis Dei; Hinc, ὀλλύω & ὄλλυμι, ὄλωλα pereo, perdo. Av. Occurrit Jud.17.2. אָלִית devovisti, adjurasti; exsecrata es; est 2.sing.fæm.prær. kal; Item Hof.4.2. אָלוֹה execrando, maledicere. Infin.kal. & in alia forma, אָלוֹת idem; jurando, &c. Hof.10.4. Col.Kal. Nam fut.kal non occurrit in textu: Sed sic regulariter formatur, אֶאֱלֶה חֶאֱלֶה יֶאֱלֶה &c. teste Kimchi; Pag. in Hiph. הֶאֱלָה adjuravit; fecit dejerare, obstrinxit se dejerando; jurare fecit, &c. Unde in infin. Hiph. הַאֲלוֹת adjurare: Unde cum Præf. & Aff. לְהַאֲלוֹתוֹ execratione adjurando eum; vel, ut jurare faciat eum; &c. 1 Reg.8.31. 2 Chron. 6. 22. Sed in fut.hiph. occurrit hâc in formâ, וַיַּאַל (tanquam esset מ"י יָאַל) & adjuravit, vel adjuratione obstrinxit; pro, וַיְאַלֶּה vel וַיַּאַל 1 Sam,14.24. Col. Rad. verbalitèr. Indè, i.No. אָלָה f. execratio; ἀρά; adjuratio; jusjurandum, quo quis adstringitur ad pactum, aut aliquid servandum, cum devotione aut imprecatione mali; unde pro imprecatione sumitur: Sed non tantùm est juramentum execrationis, quo quis se ità astrinxit; Sed etiam interdùm est conjuratio cum aliis, addita execratione partis violaturæ pactum; at שְׁבוּעָה est tantùm juramentum sine imprecatione mali. Occurrit autem אָלָה execratio, adjuratio, Gen.26.28. Lev.5.1. Psal.10. 7. &c. & cum præf. בְּ, לְ, וְ, & מִ, 30. circ.l. Item, cum Aff. אָלָתוֹ execratio ejus, Ezec.17.16. & cum Præf. & Aff. וּבְאָלָתוֹ & cum adjuratione ejus, Deut.29. 12. Sic, מֵאָלָתִי ab execratione mea, Gen.24.41. In pl.fæm. אָלוֹת הָאָלוֹת adjurationes, Deut.29.21. & cum præf. execrationes istas, Num.5.23. Deut.30.7. & 34.24. col.sing.cum Aff.& pl. Deindè, ii.Hinc No. תַּאֲלָה f.idem, execratio; dejeratio, imprecatio: In Constr. תַּאֲלַת, unde cum Aff. תַּאֲלָתְךָ execrationem tuam, Thren.3.65. Col. Item, iii. Indè, No. אַלְיָה f. cauda animalis; & figuratè ponitur in forma imprecationis, juxta illud, Deut.28. ipse erit in caput, & tu eris in caudam; licèt hic aliud ponatur nomen idem significans: Av. Cauda dicta est אַלְיָה secundum quosdam, quod in sacrificiis igni devoveretur;

vel

vel quòd extendatur à corpore, ei adhærens; Elias notat, hoc nomine, non intelligi, nisi caudam ovis aut arietis; cùm זָנָב sit generale; Merc. in Pag. Occurrit tantùm cum præf. הָאַלְיָה cauda, Lev. 3.9. 7.3. 8.25. 9.19. Sic, וְהָאַלְיָה & caudam, Exod. 29.22. Col. In plur. regulariter esset אַלְיוֹת vel certè אַלְיוֹת, caudæ; sed non occurrit in textu. iv. Hinc, No. אֵלָה f. Genus arboris; sive arbor simplicitèr; quam tamen nonnulli, ut refert Kimchi, putant esse ulmum: Hieron. nunc quercum, nunc terebinthum transfert; Targum, nunc כּוּשְׁמָא Castaneam arborem, nunc, אִילָן arborem vertit. Pag. Aliis est, tilia; aliis Ilex, quod vero propinquius videtur; Sic dictam putant ab expansione & prominentia ramorum; vel quòd diris imprecationibus devoveretur, si quis eam cæderet; Nam & Ethnici tales arbores sacras, & sylvas incæduas dixerunt; species quercus putatur esse à plerisque; vox Latina Ilex, ab Hebraica non abludit: Merc. אֵלָה Ilex; an ulmus, an quercus? 70. τερέβινθος, δρῦς, πίνδος ου συκάμινον, &c. Cocc. אֵלָה Terebinthus, ilex, species quercuum, quarum magna est copia in terra sancta; & habet nomen à duritie, sive fortitudine; (nam Av. cum quibusdam aliis deducunt ab אֵיל potentia, &c. id vide.) Hinc, ὕλη sylva ilicum, ὑλήεις, sylvosus, ὑλάω, resono in sylvis, ὑλημαίνω sylvesco; Item, ilex, iliceus, iligneus, &c. Av. potes ex vocis etymo & quercûs natura genus ipsum intelligere; potes etiam generis illius speciem aliquam, quam Latini eadem de causa robur vocant; potes & alteram speciem intelligere, ilicem, viz. Nam & vox Latina originem sonat. Cev. in Pag. reducens it idem ad אֵיל. Occurrit autem אֵלָה quercus, vel ilex, &c. Ezech. 6.13. Col. At cum præf. ה, ו, ב, & כ 20. circ. l. In plur. אֵלִים querceta, luci quercei, Bu. Lex & Conc. Cum præf. בָּאֵלִים in querceti s, Isa. 57.5. & מֵאֵלִים à quercetis, Isa. 1.29. vel, ab arboribus, quercubus, ilicibus, vel ulmis, &c. In Constr. אֵלֵי vel cum jod, אֵילֵי quercus, vel ilices, Isai. 61.3. & cum Aff. אֵלֵיהֶם quercus, ulmi, vel ilices eorum, Ezec. 31.14. Col. plur. v. Hinc & No. אֲלָה (cum ל dageschschato) f. idem, cum præced. quercus, ulmus, ilex, &c. cum præf. הָאֲלָה idem, Jos. 24.26. Col. vi. Item, indè, אֵלוֹן masc. idem; quercus, ilex, vel ulmus, &c. Hos. 4.13. quod occurrit & cum præf. וְ Isa. 44.14. cum הָ Gen. 35.8. &, בָּ Isa. 6.13. ubi 70. βάλανος; pinum, alii; castaneam alii; quercum, alii volunt. Cocc. in plur. אֵלוֹנִים quercus; ilices, &c. Ezech. 27.6. cum præf. כָּ Am. 2.9. In Constr. אַלוֹנֵי, idem, Isa. 2.13. Zach. 11.2. Col. Item, vii. indè, אֵלוֹן m. planities; quercetum; campestris locus; Bu. Conc. אֵלוֹן est ilicetum, convallis, ubi sunt multi ilices, seu alni; quercetum; ilicetum. Av. occurrit Jud. 9.6. juxta אֵלוֹן מַצֵּב planitiem statuæ; i. e. ubi erectus erat lapis, aut simile quippiam; dignoscendi causâ, inquit Kimchi; planitiei adjecit מַצֵּב syntacticôs; sunt autem qui ubique אֵלוֹן quercum exponant; & hoc loco, מַצֵּב stationem vertant: Merc. in Pag. Occurrit etiam, Jud. 9.37. & 1 Sam. 10.3. In plur. אֵלוֹנִים & Constr. אַלוֹנֵי planities, convalles; vel querceta, iliceta, &c. Deut. 11.30. cum præf. בְּאַלוֹנֵי in planitiebus, Gen. 13.18. 14.13. 18.1. col sing. & pl. Item, viii. Huc plerique reducunt, אֵל cum tzere, communis generis; illi, isti; illæ, istæ; hi, hæ; Pronomen demonstrativum, quod significationem extendat ad multos quos complectitur; Pag. & Merc. in eo; 1 Chron. 20.8. אֵל isti nati sunt ipsi &c. & cum ה, ab initio, Gen. 26.3. omnes terras הָאֵל istas; & 19.8. tantum viris הָאֵל istis, &c. ad priorem locum Masora enumerat octo quæ sunt profana; nam reliqua sunt divina, i.e. in iis, הָאֵל Deum significant. Bu. Lex. Sed sæpiùs occurrit cum ה, parag. in fine; & cum dagesch in ל; sic, אֵלֶּה illi, isti, illæ, istæ, ut Gen. 2.4. אֵלֶּה istæ generationes, &c. Sic, Psal. 20.8. אֵלֶּה hi in curru. וְאֵלֶּה & hi in equis, &c. occurrit etiam sæpe cum aliis præf. viz. ל, כְּ, כְּ, בְּ, & מִ &c. Sed eorum loca, non numerantur in Concordantiis. Semel legitur de Goliatho, 1 Sam. 17.11. Bu. Lex. pronomen istud pluralis numeri, אֵל idem cum אֵלֶּה, habet singulare זֶה, secundum Kimchi; זוּ, &c. hi, hæ, hæc; sed non est confundendum cum הֵם & הֵמָּה, ab הוּא ἐκεῖνος; demonstrat אֵל propinquiùs, hi; ut הֵם illi, remotiùs; Cocc. sic etiam, Chald. אֵלֶּה & אִלֵּין pro אִלֵּין Hebr. ut. שְׁמַיָּא אִלֵּין cœlis istis, Jer. 10.11. & אִלֵּה מָאנַיָּא Ezra. 5.15. Denique ad hanc Radicem אֵלֶּה, reducunt etiam ix. particulam אֵל cum sægol; & אֶלָּ, Ad; præpositio tendens & astringens orationem ad rem seu personam aliquam; ideoque in statu absoluto, ubi puncto tzere scribendum esset, nunquam legitur: Variè autem Latinis exponitur, pro orationis serie; nam quandò dicitur de absente, concinniùs ferè redditur Latinis, per præpositionem de. Av. Hæc particula אֵל, sequentia velut affirmatione sibi devincit, ac velut jurejurando astringit, à radice אָלָה; ut contra אֵל & לֹא sequentia destruunt; valet, ad, apud; cum; & In, significans quietem vel motum; super; contra; propter; atque interdùm, juxta quosdam, adeò; ut Job. 15.5. וְאֵל—מְעַנֵּיִם, Atque adeò ex spinis accipiet eam, &c. Valet etiam, De. Ubi jungitur verbo non significanti motum ad locum, subaudiendum aliud, motum significans. Item, valet &, juxta; & interdùm sumitur pro articulo אֵת, ut Psal. 2.7. Merc. Variè sumitur אֶל & אֵלַי, nam interdùm ponitur pro ב in; pro עִם cum; pro עַל contra, super; erga, versùs; &c. ut, אֶל יוֹסֵף ad Josephum, Gen. 41.57. אֶל הָאָרוֹן in arcam, Exod. 25.16. אֶל בְּנֵי מִצְרַיִם cum filiis Ægypti, Ezec. 16.26. אֶל אֱדוֹם contra Edom, Jer. 49.20. & pro אֵת articulo, Isa. 38.19. sic, אֶלֵי מַיִם ad aquas, Job. 29.19. quâ formâ jungitur cum Aff. אֵלַי ad me, אֵלֶיךָ ad te; אֵלָיו ad eum; אֵלֶיהָ ad eam; אֵלֵינוּ ad nos; אֲלֵיכֶם ad vos; אֲלֵיהֶם ad eos; אֲלֵיהֶן ad eas; אֲלֵיכֶם ad vos; אֲלֵיכֶן ad vos fæm. semper sub forma plurali. Kimchi hæc ad Radicem אָלָה refert. Bu. Lex. [videantur ulteriùs Pag. & Cocc.] Nomen Dei, אֱלוֹהַּ vel אֱלָהּ & plur. אֱלֹהִים Constr. אֱלֹהֵי; & Chald. אֱלָהּ, אֱלָהָא; in plur. אֱלָהִין & אֱלָהַיָּא &c. Vide inter nomina Divina, per se, seorsim descripta & explicata.

Rad. 82. אֵלוּ; particula conditionalis; si, etiamsi; quamvis, siquidem; compositum est ex אִם si; & לוּ etsi; Mem autem absconditur in dagesch, euphoniæ causâ; Av. sunt qui ad radicem אָלָה referant, quòd ejus significatio se ad sequentia extendat; forsan in אלו Aleph est additicium, ut idem valeat quod לוּ, de quo suo loco; Merc. Occurrit Eccl. 6.6. & Esth. 7.4. Col. Sed unum est cum jod, Pag. & cholem loco Schurek, Cev. Eccl. 4.10. וְאִילוּ & si unus ceciderit, &c. Pag. Sed id potiùs legendum est וְאִי לוּ & væ ei qui solus est, ut suprà dictum in אִי sub Rad. אָיָה; licèt unica voce scribatur; Merc. & Cev. Vox est Chaldaica & Rabbinica; undè

כְּאֵלּוּ ac ſi, quaſi; Bu.Lex. Item, Chald. אֵלּוּ en, ecce; cum præf. וְאֵלּוּ & ecce, Dan.2.31..4.7.& 10..7.8. Col. eſt idem quod אֵרוּ de quo infra, ſuo loco; per commutationem literarum ר & ל; Bu.Lex.

Rad. 83. אָלַח; fætuit, malè oluit; abolitus eſt; reprobatus eſt, tanquam res vana & inutilis ſeu fætida; cogn cum חָלָה ægrotavit, nam ægrotantes paulatim abſumuntur, & abolentur; hinc,oleo, aboleo; & Græcè ἀναλόω, ἀναλίσκω conſumo, ὀλέκω perdo, ὀλόμαι perdor, ὀλύκω perdo; & hinc, fortaſſis quoque ἄλιΘ & ἄλΘ, perniciosus,&c. In textu non occurrit in kal; ſed in Niph. נֶאֱלָח fætidus,putidus, rancidus factus fuit; putruit, & abominabilis factus eſt,&c. cum præf. וְנֶאֱלָח & fætidus factus eſt; vel,& fætebit, vel putreſcet; & eſt eum cametz,ob pauſam. Vel potiùs, & fætens, ſeu putreſcens; i.e. fætidus, putidus, abominabilis; videtur enim eſſe part. Niph. ut vox in textu præcedens; (viz. נֶחְעָב) Job.15.16,vel 17.ſunt qui putent ἀδόκιμΘ apud Paulum voci Hebraicæ reſpondere; ſed plùs ſignificat, corruptus & inutilis,&c. Merc.Cev. plùs eſt quàm נֶחְעָב βδελυγμένΘ; apud Arabes אִיתַלַח eſt aceſcere; Cocc.Occurrit etiam in 3.perſ. plur. præt. Niph. נֶאֱלָחוּ putidi facti ſunt, putridi, & abominabiles, &c, Pſal.14. 3.& 53.4. ἠχρεώθησαν,70.reddunt.Kimc.putat dici per Metath.liter.à חָלָא quod ſuo habes in loco; Pag.Col.Rad.

Rad.84. אֵלַי vel אוּלַי fluvius, Dan.8.2. Merc. Videtur eſſe Mediæ fluvius, qui à Geographis dicitur Eulæus, & Suſianen ab Elemaide diſterminat; Εὐλαῖον Ptol.vocat.Ità Cocc.qui ſtatuit illud novum nomen Rad.

Rad.85. אֱלָהּ Chald. Illi, iſti; Pronomen 3.perſ.pl.m. ut Dan.3.12.גֻּבְרַיָּא אֱלָהּ viri iſti;ſic,3.13,21,&c.15.cir.l.

Rad.86. אָלַל unde, nomen Radicale אֱלִיל nihilum; res nihili, & nullius momenti; vanum, inutile. Kimchi exponit הֶבֶל vanitas; דָּבָר שְׁאֵינוֹ מוֹעִיל res quæ non eſt utilis, & nihil; atque indè ſignificat etiam, idolum; Pag.R.Levi putat deductum ab אַל non; geminatâ literâ ל, Lamed, ad extremam nullitatem indicandam: Bu.Lex. vel quaſi per reduplicationem ipſius voculæ אַל q.d. אַל אַל q.d.non non; nihil,nihil; i.e. omnino nihil. In ſignificatione idoli; quidam recentiorum deducunt ab אַל Dei nomine, quaſi אַל אַל non Deus; Dei tantùm quædam umbra; quòd nomine & ficto cultu Deum referat, ſed reverà Deus non ſit; nullam opem ferre potens, quaſi inopem dicas; Ego nomen generalitèr putarim nihilum, ſeu nihilitatem ſonare; quod aptè Idolis tribuitur, quæ per contemptum & paronomaſiam quandam, non אֱלִים, ſed אֱלִילִים vocentur; Deaſtros non incommodè quidam recentiorum dixerunt; etſi vox Hebræa, res nihili,propriè ſonet; ſeu ſubſtantivè, ut ſic dicam,nihilitates. Merc.propriiſſimè tribuitur hæc vox, ſignificans res nihili, idolis; quia οὐδὲν εἰσιν ἐν τῷ κόσμῳ; nihil ſunt in mundo; omnia enim Idola & Dii gentium nihil ſunt, & tandem in nihilum rediguntur; Cogn. cum יָלַל ululavit; nam Idolorum cultus in conſcientiis parit multos dolores & ejulatus. Hinc, ἄλλω, ὀλλύω, ὄλλυμι & ὄλνμαι pereo, in nihilum redigor; Item, ὀλέω & ὠλέω perdo, ὄλΘ pernicioſus,&c. Av. Occurrit,in ſing.Job.13.4. רֹפְאֵי אֱלִיל Medici nihili, ſeu vanitatis, h.e. vani & inutiles: Pag.cum præf.וֶאֱלִיל & res nihili, Jer.14.14. ſcribitur cum י,& legitur '; Bu.Lex. Vel, & vanitatis; Pag. Vaticinium nihili; nam י Vau abundat; Cocc. Item, Zach.11.17. הוֹי רֹעִי הָאֱלִיל væ paſtori vanitatis, i.e. vano & inutili; Pag. ubi 70. οἱ ποιμαίνοντες τὰ μάταια; q.ſit רֹעֵי; quum ſit part.ſing.cum י, jod parag. Cocc. Col. ſing. in plur. maſc. אֱלִילִים vel, אֱלִילִם Idola; meræ vanitates, & res nihili, Lev.26.1. 1 Chron.16.26. Pſal.96.5. Iſa.2.8. Ezec.30.13. Hab.2. 18.& cum præf. הָ idem, Lev.19.4.Iſa.10.10.& 19.3.ſic, cum וֶ & idola, Iſa.2.18. Item, cum בָּ in idolis,Pſal.96. 7. In Conſtr. אֱלִילֵי Idola, Iſa.2.20..19.1.& 31.7.& cum præf.ל. Ibid.denique,cum Præf.& Aff. וְלֶאֱלִילֶיהָ & idolis ejus, Iſa.10.11. Col.Plur. Ad hanc radicem אָלַל reducitur à pleriſque,i. Nomen אֱלוּל maſc. Elul; menſis Auguſtus; Pag.propriè cadit, partim in Auguſtum,partim in Septembrem; Merc.Elul, eſt menſis ſextus, apud Hebræos, in quo ſegetes ſunt demeſſæ in terrâ Canaan; & in campis ſunt annihilationes; i.e. nihil in agris ſupereſt; is autem menſis reſpondet partim Julio, & partim Auguſto noſtro; Av.cum præf. in vigeſima& quinta לֶאֱלוּל Auguſti, Neh.6.15. Col. Deinde, ii.huc etiam reducunt quidam, vocem, אֱלָלַי Annihilationes meæ, vel mihi; perditiones meæ,&c. Utimur hâc voce ceu Interjectione dolendi; Hieron. væ mihi; alii heu mihi; ſed veriùs eſt nomen plurale, cum Affixo primæ perſonæ; & tribuitur tantùm perſonæ loquenti per ſe; Av. אֱלָלַי eſt vox ἀναλίζοντΘ væ mihi; 70.ὄιμοι; eſt מַלַּת וְלָלָה, א pro י jod; Moſes Kimchi. Cocc.R. Moſeh Kimchi,non ſolùm ſcribit,Aleph eſſe vice jod, à יָלַל; (ut אֶשְׁעִי & יִשְׁעִי vel, אִישַׁי pro eodem ſumuntur,Iiſchai,ſeu Jeſſe; Merc.) ſed & jod ultimum eſſe ſignum pronominis primæ perſonæ; Pag. communitèr tamen exponunt,væ,heu. Job.10. 15. & Mich.7.1. Col. Vide & in יָלַל.

Rad.87. אָלַם, ſecundum varias formas, varia ſignificat; Pag. viz. colligare manipulos; & obmuteſcere; Merc. אָלַם ligavit in manipulos; colligavit in faſces, ſtrictim; & ſæpè accipitur de forti colligatione linguæ, qua quis languidior, & impotens redditur ad proferendum ullum verbum. Cogn. cum אָמַל languit, impotens fuit; & cum מָלֵא plenus fuit; manipulus enim implet manum, &c. hinc per Metatheſin, ἄμαλλα, manipulus, ἀμαλεύειν colligare, ἀμάλευτον vinculum quo ligantur mergites, ſeu manipuli; & ἀμαλλὸς robuſtus, &c. Av. Non occurrit kal in textu; ſed in Niphal, נֶאֱלַם colligatus eſt linguâ. i.e. obmutuit; Av. mutus redditus fuit; Bu.Lex. non loquutus eſt; 70. ἄλαλον γένεσθαι; κωφεύεσθαι; Cocc.q.d. colligari linguâ; Linguæ vinculo quodam teneri, nè expedite loquaris, Merc. Occurrit, Iſa.53.7. נֶאֱלָמָה obmutuit, vel obmuteſcens; nam poteſt eſſe, vel 3.ſing.fæm. præt. vel part. fæm. Niph. & in 2. ſing.maſc.præt. cum vau conv.præf. וְנֶאֱלַמְתָּ & obmuteſces, vel-cas, Ezech.3.26. ut & in 1.ſing. נֶאֱלַמְתִּי obmutui, Pſal.39.3.& 10. Ezech.33.22. & cum præf. וְנֶאֱלַמְתִּי & obmutui, Dan.10.15. Item, in fut. Niph.2. ſing. maſc. תֵּאָלֵם obmuteſces, Ezec.24.27. (à 3.maſc. יֵאָלֵם &c.) & in 3.pl.fæm. תֵּאָלַמְנָה (à 3.maſc. יֵאָלְמוּ &c.) obmuteſcant,Pſal.31.19. Col.Niph. Sed in piel, אִלֵּם ſignificat manipulos colligare; 70. δησούσιν δράγματα; Cocc. ligavit manipulos ſuos; colligavit; Av.ſignif. ligare,colligare, propriè manipulos, vel faſces ſegetum; ſignificatione

tione à nomine derivato petitâ; Bu.Lex. Occurrit tantùm part.piel,pl.masc. מְאַלְּמִים אַלְּמִים (à sing. מְאַלֵּם) colligantes segetum fasces; q.d.manipulantes manipulos; Pag.& Bu.Lex.Gen.37.7. Col.piel; & col.Rad.verbalitèr. Sed, inde; i.No. אִלֵּם m.mutus, Exod.4.11. Isa.35.6. cum præf. וְכָאִלֵּם & sicut mutus, Psal,38.14.& לְאִלֵּם muto, Prov.31.8. In pl.m. אִלְּמִים muti, Isa.56.10. Hab. 2.18. col. [אִלְּמָנָה & &c. indè derivata, quæ solent sub hâc Radice locari, videantur in Rad. seq. ipsis propria.] Deindè, ii. inde No. אֻלָּם m. colligatio, ligatura; & quia orationem ligat, exponitur per, equidem, quidem; utique,profectò,certè; &c. ut Psal.58.2. Num verè אֻלָּם quidem,justitiam loquemini? i. e. debebatis quidem loqui justa,&c. Occurrit etiam Psal.56.1. præcinenti, עַל יוֹנַת אֻלָּם super columba colligationis, &c. Videtur esse nomen Instrumenti musici; Av. Nomen אֻלָּם exp. manipulus, i.e. קָהָל congregatio, caterva; ut Aben Ezra citat Psal.58.2.Item,Psal.56.1.עַל יוֹנַת אֻלָּם de oppressione manipuli, qua scil. justum opprimit manipulus malignus; Alii, de columba obmutescentiæ; Bu. Lex. אֻלָּם est Congregatio,multitudo,ut Psal.58.2.Num verè אֻלָּם multitudo, aut congregatio justitiam loquemini? Sed Psal.56.1.Kimchi exp.super columba אִלְּמֵי muti, vel muta; Pag.vel potiùs, est subst antivè, super columba obmutescentiæ; & Psal.58. sunt qui exponant,certè,utique, profectò; idem quod אוּלָם de quo suo loco; ut fit ibi duplex asseverandi particula; Merc. Huc retulerim אִלְּמֵי quod est Psal.56.1. de columba manipuli elongatorum; fideles sunt, instar columbæ, simplices; ii habent,inter se, σύνδεσμον vinculum,& communionem, etiamsi dispersi sint, & quoad locum separati; sic Psal. 58.2. An revera, ut manipulus justitiæ loquimini? vel, an revera,ô manipule, justitiam loquimini? Rectè appellatur, manipulus justitiæ, qui in fide ad nomen Christi nominandum confederantur; sunt enim justi, Isa. 60. 21. At hi sparsi sunt. Sed manipulus loquens in nomine suo, non est manipulus justitiæ. Cocc. Item,iii. Hinc No. אֲלֻמִּים pl.m. (nam sing.masc.non est in usu.) manipuli qui ligantur in fasciculos; manipuli,fasciculi, Gen.37.7. col. Sic,iv. inde &, אֲלֻמָּה f. colligatio manipulorum; fascis segetum demessarum; manipulus,fasciculus,fascis; δράγμα; In Constr. אֲלֻמַּת idem; unde, cum Aff. אֲלֻמָּתִי fasciculus meus, Gen.37.7. cum præf. לַאֲלֻמָּתִי fasciculo meo. Gen.37.7. In pl. fæm. אֲלֻמּוֹת fasciculi; cum Aff. אֲלֻמּוֹתֵיכֶם fasciculi vestri, Gen. 37. 7. & אֲלֻמּוֹתָיו fasciculos ejus vel suos, Psal.126.6. Col. Item, v. indè אוּלָם,אֻלָם, & אֻלָּם; porticus, vestibulum domûs aut portæ; Pag. Bu.Cocc.&c. Si ædificiis tribuatur, est locus ante Januas Templi, sive palatiorum exstructus, eisque firmitèr colligatus; aliquando autem de ligatura seu structura orationis accipitur,& significat conjunctionem partium orationis; & à principio versûs seu sententiæ, ceu porticus & vestibulum ad orationem, ponitur; & Latinis reddi potest, equidem, quidem; verùm, veruntamen; etenim,profectò, verè, &c.Av.אוּלָם porticus, Hebr.dicitur, בֵּית הַשָּׁעַר, & porticum, ante templum,à Salomoh structum, Josephus Antiq.8.c.2.πρόναον appellat, Cocc. In hâc autem significatione, pro porticu aut vestibulo, occurrit 1 Reg.7.6. 2 Chron.15.8. &c. & cum præf. ו, ה, ל, כ, יב, ב, ה & ול; ante אֻלָּם, אוּלָם vel אֻלָּם; 50.circ.l. In pl.m. אֲלֻמִּים & Constr. cum præf. וְאַלְמֵי & vestibula, Ezec.41.15. Col.pl. Item, vi. אֵילָם vel אֻלָּם m.idem, vestibulum,&c. Sed non occurrit in sing. At in pl. m. אֵילִמִּים vel אֲלֻמִּים; Constr. אוּלְמֵי vel, אֲלֻמֵּי vestibula: Unde cum Præf. & Aff. וְאוּלְמָיו Ezec.40.21.& וְאֵילְמָיו & vestibula ejus,Ezec.40. 22, 24, 26, 29, 31, 33, 34, & 36. defectivè absque Jod plur. pro יו־. Sic & וְאֵילְמָיו & vestibula sua, ibid. v. 25, 29. & 33. Sed occurrit & in pl.f. וְאֻלְמוֹת & vestibula,ibid.v.30.& לְאֻלְמוֹת vestibulis, ibid.v.16.col. In altera autem significatione, אוּלָם,equidem; profectò,verè, &c. Job.2.4. & 13.3. & cum præf. ו, ibid.v. 40. & Gen. 28.19. Num.14.21.&c.Variis in locis,quæ desiuntin Concordantiis: Vide & אוּלָם supra,sub אול & אֵיל. Denique, vii. Inde etiam,est, אַלְמֹנִי Almoni; nomen fictitium, quo appellatur is, vel, locus aliquis,cujus nomen reticetur; dicitur enim de personis vel locis innominatis; nam cum Hebræi proprium nomen personæ seu loci cujusdam exprimere nolunt, utuntur his duobus nominibus פְּלֹנִי אַלְמֹנִי i.e. alicujus, vel alicubi; talis vel talis; Græci dicunt ὁ δεῖνα; quum nomen proprium non exprimitur; aut alioqui indefinitè quivis significatur; occurrit, Ruth.4.1. 1 Sam.21.2. & 2 Reg.6.8. & semel occurrit, ut dictio una ex utraque composita. Sic, פַּלְמֹנִי ὁ δεῖνα quidam,&c.ut cum Præf. לְפַלְמוֹנִי cuidam, Dan. 8.13.Col. Nomen hoc quasi certæ personæ, quum ipsum nomen in narratione tegitur: Et dici videtur ex פֶּלֶא & אֻלָּם, quia est quasi expressio muti; Cocc.

Rad.88. אַלְמָן masc.Nomen Radicale seu primitivum (ut quidam statuunt) quadriliterum; Viduus; viduatus; q.d. orbatus parte sua; i.e. uxore; (fæmina nempe pars erat viri; & uxor mariti) nam componi videtur, ex אַל i.e. non,vel nihil; & מָנָה i.e.pars; vel certè, Nun à tergo est additivum & hemanticum; & habet radicem אֻלָּם ligatus est linguâ, nam Viduæ sæpe non audent aperire os, sed coguntur obmutescere coram oppressoribus suis. Av. & sic plerique ponunt sub Radice אֻלָּם ut nomen indè derivavum. אַלְמָן dicitur, viduus, quasi carens δάροις; Cocc.familiaribus destitutus colloquiis & confabulationibus cum uxore, &c. occurrit Jer. 51. 5. לֹא אַלְמָן יִשְׂרָאֵל מֵאֱלֹהָיו non est viduus, seu viduatus Israel à Deo suo. Col. Indè i. אַלְמָן,m.viduitas; χήρωσις, orbitas;est nomen abstractum: cum præf. וְאַלְמוֹן & viduitas, Isa.47.9. Col.Viduitas Babylonis est carentia opis regum, tradentium potestatem & potentiam suam illi regno, Apoc.17.13. qui & μοιχοὶ αὐτῆς adulteri ejus vocantur, Apoc.2.22. Cocc. Deinde, ii. Hinc Nomen, אַלְמָנָה f.vidua; χήρα; Chald. אַרְמְלָא. Non habens partem in marito, & quòd obmutescat coram affligentibus eam; passim legitur, & metaphoricè ædificiis tribuitur, & significat desolata Mænia, in quibus nemo habitat. Av.Vidua, אַלְמָנָה dicitur, quòd viro mortuo non valeat loqui, & litigare; Pag. vel juxta alios, quòd velut colligata fileat, nec gaudeat vociferationibus, tripudiis aut canticis, &c. Sic & Græcè χήρα dicta est,juxta quosdam, per Antiphrasin, παρὰ τὸ χαίρειν; quod omnibus deliciis careat & oblectamentis. Merc. Occurrit, Gen.38.11. Exod.22.21.&c. & cum Aff. ךָ, הָ, & לְ 60.circ.l. In pl.f. אַלְמָנוֹת viduæ, Exod.22.23. Job. 22.9. Psal.68.6. Isa.10.2. & cum præf. ל Jer. 18.21. & ךָ

Threr.

Thren.5.3. Item, cum Aff. וְאַלְמְנוֹתֶיהָ & viduæ tuæ, Jer.49.10. אַלְמְנוֹתָיו viduæ ejus, Iſa.9.17. Jer.15.8. Ezech.19.7. cum præf. בְּ Job.27.15. Pſal.78.64. & בָּ Iſa. 13.22. Item, אַלְמְנוֹתֶיהָ viduas ejus, Ezech.22.25.col. pl. Item, אַלְמָנוֹת occurrit pro ædibus vel palatiis; ut Iſa.13.22. בְּאַלְמְנוֹתָיו in ædibus ſeu palatiis ejus; ubi Lamed ponitur vice Reſch; ac ſi ſcriberetur ſic, אַרְמְנוֹתָיו; & ſic, Ezech.19.7. & contrivit אַלְמְנוֹתָיו palatia ejus; ſed R.Dav.negat ל mutari in ר; quia non permutantur niſi literæ אֲהֵוִי; Unde, locum in Ezech. exp. viduæ ejus; & appellavit urbes deſolatas Viduas; ut Thren.1.1. fuit tanquam vidua domina gentium.Nam quum Civitas eſt plena populo, eſt veluti mulier habens maritum; ſed deſtructa, eſt inſtar viduæ; Pag. Atque hanc quidem commutationem Lamed cum Reſch, negat ſane Kimchi; ſed Elias notat in Chaldæa Lingua commutari ל & ר; Unde Dan.3.40. aliàs 4.7. וַאֲלוּ & ecce, idem eſt, atque וַאֲרוּ & ecce; Dan.7.2.Merc.Cev.Item, iii. Hinc, אַלְמָנוּת f.viduitas, alligatio ad viduitatem,ſtatus viduitatis; χήρωσις; 2 Sam.20.3. Ad diem mortis ſuæ, אַלְמָנִים in viduitate vitæ; & cum Aff. אַלְמְנוּתָהּ viduitatis ſuæ, Gen.38.14.& 19. & אַלְמְנוּתֵיךְ viduitatis tuæ, Iſa.54.4. Col. hoc autem ultimo loco, אַלְמְנוּתַיִךְ eſt pro אַלְמְנוּתֵךְ; ut חֲזָנְוּתַיִךְ pro חֲזָנְוּתֵךְ Ezech. 16. 15. Cocc. Kimchi ſcribit, poſſe in forma abſoluta dici אַלְמָנוּת unde, conſtructè אַלְמְנוּת; & ſic cum affixis; ſic Rabbini dicunt רַחֲמָנוּת.miſericordia &c.Bu.Lex.

Rad.89. אַלְמֻגִּים; Nomen Radicale quadriliterum, plur.maſc. (nam,ejus ſingulare non occurrit in textu) ligna quæ non facilè putreſcunt & diſſolvuntur; componi namque videtur, ex אַל non; & מוּג diſſolutus eſt; Av. Occurrit 1 Reg.10.11.& 12. &, pro eo, ſcribitur, אַלְגֻּמִּים 2 Chron.9. 10.& 11. quod etiam poteſt eſſe ex אַל & אֻגָם humidus inſtar ſtagni cujuſdam; ג cum dageſch ſequente innuit duplicem Lectionem, Av.Vide & ſuprà, אַלְגֻּמִּים.

Rad.90. אָיַל, Radix non uſitata Hebraicè; ſed inde, Chald.Nomen אֵילָן maſc.arbor, Dan.4.7. & cum א in fine, אֵילָנָא idem, Dan.4.11, 17, & 23. & ſemel cum ה in fine; אֵילָנָה idem, Dan.4.8.Col. אֵילָן Chald.eſt generale nomen arborem ſignificans; ſed ſpecialiter, eſt quercus; ut & δρῦς apud Græcos; unde Dryidæ, ſive Dryiadæ dicti: Merc. putant quidam אֵילָן ad radicem אַיִל referendum; ut jod ſit Radicale, & Nun formativum; Bu.Lex.Item, אִלֵּין Chald. eſt pronomen 3. perſ. plur. illi,illæ, iſti,iſtæ; illa, iſta, Dan.2.44.. 6.3,7..7,17. col. אַיִל vide in אֵלָה & אֵלוֹן ibidem, vel in אַיִל &c.

Rad.91. אֵלוֹן Maſc.Nomen Radicale ſtatuitur à quibuſdam; Alnus; arbor dura, quæ aquis obruta non facilè corrumpitur; & poteſt aliud eſſe genus alnorum in terra Canaan fuiſſe, quam apud nos, non multum differens à duritie quercus; Unde & Hieron.vertit quercum; quidam exponunt pinum. Av. In Targum eſt, caſtanea arbor; Pag.vel, quercus; nam, בְּלוּט etiam Arabicè, quercum ſignificat; At, שְׁךָ בלוט,Arabicè eſt caſtanea, quaſi Rex quercuum; unde & אֵלוֹן utramque complectitur arborem; quercum ſcil. & caſtaneam; ſed κατ' ἐξοχὴν ſic dicitur caſtanea; Merc. Hinc Latinè,Alnus; & Græcè ὕλη ſylva, &c. Av. Occurrit, Iſa. 6. v. ult. &c. vide ſub Rad. אֵלָה.

Rad.92. אָלַף eſt, diſcere, aſſueſcere; Merc. Cocc. μανθάνειν. In kal,ſtuduit, incipiendo à primis Elementis; aſſuefecit ſe longo uſu;addidicit,aſſuefactus eſt; didicit in magna frequentia hominum; vel,inter mille ſerè ſtudioſos verſatus eſt. Cogn. cum אָפַל caligo, nam res velatas & ceu caligine obductas, indagando aſſequimur; Hinc, Græcè, ἄλφω,ἀλφέω, ἀλφάω ἀλφαίω, ἀλφαίνω, indago,invenio, ſtudeo; & ἀλφάζω cogito, &c. Av. In fut.kal, יֶאֱלַף diſcet; Unde in 2.perſ.ſing.maſc.פֶּן תֶּאֱלַף אֹרְחוֹתָיו ne aſſueſcas itineribus ejus; i.e. moribus ejus & conſiliis, Prov.22.25. ſive, nè fortè diſcas vias ejus; ubi eſt contractè, תֶּאֱלַף. In piel, אִלֵּף inſtruxit, aſſuefecit; diſcere fecit,docuit;Prov.15.5.fut.piel יְאַלֵּף עָוֹנֵךְ פִּיךָ pravitas tua docet os tuum; i. e. ſermo tuus obſecundat pravitati tuæ; Cocc.vel, quia docebit iniquitas tua os tuum; Pag.vel potiùs,iniquitatem tuam,os tuum; Merc.& in 1.perſ. fut. cum præf. & aff. וְאוֹדִיעֲךָ חָכְמָה & docebo te ſapientiam, Job.33.33. & in part. piel, מְאַלֵּף docens; unde cum Aff. מְאַלְּפֵנִי pro quo, occurrit defectivè, abſque primâ Radicali Aleph, מַלְּפֵנִי docens, ſeu qui docet nos præ, vel ex, jumentis terræ,&c. Job.35. 11. Col.kal, & piel. In Hiph. הֶאֱלִיף produxit millia; in millia ſe diffudit; ſive millena peperit; q. d. milleficavit; (verbum,ſcil. à nomine אֶלֶף, & ſignificatione ejus, mille, formatum;) unde in part.Hiph. pl.f. מַאֲלִיפוֹת ſe in millia diffundentes, producentes millia, ſeu millena parientes, & q.d. milleficantes, Pſal.144.13. Col.hiph. & col.Rad. verbalitèr. Sed, indè i. Nomen אַלּוּף ſive אֶלֶף Maſc.Doctor; Rector, dux, ductor; Anteceſſor, qui aliis ſolet præire; ſicut א Aleph prima litera, reliquas omnes præcedit; inſtructor, qui ſuos de omnibus rebus docet & inſtituit; princeps, &c. Item, bos,qui tanquam dux, præcedit gregem, & eſt ſui generis ductor; & præterea, eſt animal cicur, uſibus humanis docile; Indifferens eſt hoc nomen ad ſexum, & ſingula notat; Ità, differt à בָּקָר collectivo; ex Av.Bu. Cocc. &c. De ducis ſignificatione Hebræi dicunt, אַלּוּף Ducem,à Rege tantùm differre, & eo inferiorem eſſe, coronâ; verùm, generalius eſt; & eſt propriè, Ductor, qui aliis præeſt, rector; & quiſquis alicui eſt tanquam ὁδηγὸς, quem ut magiſtrum ſequitur & reveretur in omnibus; unde præcipuum etiam & intimum ſignificat amicum, ex quo quis pendet, & cujus conſilio & authoritate velut præeunte, agit omnia; Undè, hoc nomine, David Achitophelem appellat, Pſal. 55.14. Hinc & bovem etiam אַלּוּף dictum, putarim,quòd in gregibus id ſit maximum animans, potiùs quam à manſuetudine, aut aſſuefactione cum aliis: Hinc & primam Alphabeti Literam א Aleph, אֶלֶף, dictam putant, quòd veluti dux, cæteras præcedat; vel, à millenario numero quem ſignificat; quòd,poſt abſolutas Alphabeti Literas, ad reliquos numeros ſignificandos, ad mille deſignanda, ſit ad initium Alphabeti redeundum; Merc. Occurrit autem, אַלּוּף princeps, dux, Gen.36.15,16,&c. hoc cap.& 1 Chron.1. 51.&c. 30.circ.l. Item, Prov.2.16.. 16. 28. & 17.9. cum præf. כְּאַלּוּף in duce, vel in ducem; Mic.7.5. &, ſicut dux, Zach. 9.7. Item, cum Aff. אַלּוּפִי dux meus, Pſ. 55.14. col.ſing. in pl.m. אַלּוּפִים duces, Jer.13. 21. In Conſtr. אַלּוּפֵי idem, duces,principes,&c. Gen.36.15,16, 17,18, 21,29, 39, & 42. Exod.15.15. 1 Chron.1.51,54.

Zac.

Zac.12.5,6. & cum Aff. אַלּוּפֵיהֶם duces ipsorum, Gen. 36.19. ut & cum præf. & aff. לְאַלּוּפֵיהֶם ducibus seu principibus ipsorum, Gen.36.29. seu, per duces suos, &c. Col.plur. Item, אָלוּף bos; occurrit, Jer.11.19. Et ego, כְּכֶבֶשׂ אָלוּף tanquam agnus, bos; i.e. velut agnus, & bos; deficit enim Vau, &; Pag.vel deficit כ, è propinquo repetendum; i.e. sicut agnus, sicut bos: Merc.vel, ut ovis, aut bos; Cocc. Et in pl. masc. Constr. cum Aff. אַלּוּפֵינוּ pro אַלּוּפֵינוּ boves nostri, Psal.104.14. Deinde, ii. Hinc, No. אֶלֶף comm.gen. mille; χιλιὰς; chilias; quasi, numerus millenarius, in unam summam ductus; vel quòd omnium Inferiorum numerorum, sit veluti dux, eos plenissimè continens; ut quidam subtiliùs significationem vocis indagant; Merc. Occurrit autem אֶלֶף & in pausa, אָלֶף; in hâc signif. pro mille, Gen.20.16. Exod.12.36. &c. frequentèr admodum; 230.circ.l. & cum præf. לְאֶלֶף, לְאֶלֶךָ, בְּאֶלֶף, בָּאֶלֶף, לָאֶלֶף, וְאֶלֶף, & מֵאֶלֶף; 40.circ. l. Item, אֶלֶף Interdùm est, familia; Pag. Cocc. πλῆθος γενεῶν; multitudo hominum, ob sanguinis conjunctionem, sibi invicem notorum; Cocc. in quâ signif. Occurrit cum Aff. Jud.6.15. אַלְפִּי familia mea est pauper, Pag. seu infima; Cocc. vel, ut alii exponunt, אָבִי pater meus; quibus astipulatur quod sequitur, & ego minimus in domo patris mei; quòd pater, viz. sit velut dux, & doctor filiorum, & totius familiæ; nam & אַלּוּף est princeps, dux, dominus, &c. Pag.vel potiùs; propriè, potest exponi, Chilias mea inter Menassæos tenuissima; nam per singulas tribus, populus in Chiliades distribuebatur; Undè passim in Scriptura reperies appellatos שָׂרֵי אֲלָפִים Chiliarchos; & Michah 7.2. בְּאַלְפֵי יְהוּדָה Inter Chiliadas, seu Chiliarchias tribus Jehudah; quod à paucis advertitur; Merc. in familiis Jehudah; Cocc. Ità autem fortè dicta est familia, Chilias, quia familia millenarium numerum non egreditur: Cocc. Item, אֶלֶף est etiam bos; sed in plur. frequentiùs hac notione venit; Pag. & Cocc. In plur. אֲלָפִים millia, milleni, chiliades, Exod 18. 21. & 25.&c. & cum præf. וְלָ, לָ & וְלָ. 150. circ.l. In constr. אַלְפֵי idem, millia, chiliades, &c. Exod. 32.28. &c. & cum præf. מֵלָ, בְּ. 30. circ. l. & unum cum præf.& aff. בְּאַלְפָיו vel defectivè, sine י jod, בְּאַלְפָו in millibus suis; Pag.vel, mille suos; Bu.Conc. 1 Sam. 18. 7.. 21.11. & 29.8. col. Sed occurrit etiam in duali; אַלְפַיִם duo millia, Num.7.85..38.5.&c. 25.circ.l. cum præf. וְאַלְפַיִם & duo millia, Exod.38. 29. & כְּאַלְפַיִם quasi bis mille, Jos.3.4. & 7.3. col.præf. Item, in pl. m. אֲלָפִים sunt boves; qui in magna copia, instar millium pascuntur; Av. In hac. signif. occurrit, Prov. 14. 4. & cum præf. וַאֲלָפִים & boves, Psal.8.8. ut & יְהַאֲלָפִים idem, Isa.30.24. & in Constr. cum Aff. אַלְפֵיךָ boves tui, Deut.7.13.. 28.4,18,& 51.Col.in hac signif. Item, Chald. אַלְפָא & אַלַף mille, Dan.5.1. & אֶלֶף idem, ut, cum plur. אֶלֶף אַלְפִין millies mille, Dan.7.10.Col.Chald.pro אַלְפִין masorethæ notant, legendum esse אַלְפִים Bu. Lex.Deinde iii.Ab hâc radice deducunt nomen, חֲלָפִיּוֹת pro תַּאֲלֻפִיּוֹת caret enim א, inquit, R.D.leniendi gratiâ; Pag.vel potiùs, levandæ dictionis gratiâ; h.e. ut levetur ipsa dictio unâ Literâ; Cev.& secundum R.Jonah; Thau ponitur vice Aleph; h.e. pro אֲלֻפִיּוֹת; Hieron.exp.propugnacula; quòd turris alta doceat transeuntes vias, Cant.4.4. sicut turris David, collum tuum ædificatum, לְחֲלָפִיּוֹת cum propugnaculis; Pag. vel potiùs, ad documenta, ad commonstrandum, viz. transeuntibus viam; ut solent editiora loca, &c. Author manuscripti commentarii qui Kimchio tribuitur; ut indè artifices discant & exemplum sumant, quoties magnificum aliquod opus faciendum susceperint; Ego publicè eum librum prælegens, exposui, ad Disciplinas, seu doctrinas; ut quicunque contemplentur, velint ejus figuras & artificium structuræ discere; neque enim lassari solent hominum oculi, sumptuosa & magnifica ædificia contemplando, singulorum rationem avidius exquirentes; Merc. vel dic, quòd est dictio composita, ut dicetur, in Rad. חָלַל. Ibi vide; Pag.

Rad.93. אָלַץ In kal non occurrit in textu; sed in piel, אִלֵּץ molestavit; affixit; molestè ursit; Cogn. cum לָחַץ pressit, & לוּץ illusit; nam hæc molestiam afferunt & discruciant animum; hinc; ἀλύω molestè fero, ἀλαστέω crucior, ægrè fero; ἄλγος & ἄλυς mœror, molestia; λυσίη; molestus, & ἀλυδαίνω angor, crucior, &c. Av. in fut. piel, תְּאַלֵּץ יְאַלֵּץ &c. Undè in 3. pers. sing.fæm. cum præf.& aff. וַתְּאַלְּצֵהוּ & opprimeret eum, Pag.vel molestavit eum; est quod Latinè dicimus, instare, & velut quotidianis convitiis efflagitare; sunt qui suggillare verbis falsis, & scommatis perurere exponant; sed illi vim vocis excedunt; Elias citat, in Jib. cui titulus est, בַּעַל כְּנָפִים exponi ex Syriaco אִלְּעָנָא quod est fames, quasi esurire eum fecit, &c. Sed argutius est; Merc. Jud.16.16. coarctaret eum; 70. ἐστενοχώρησεν αὐτὸν; Chald. אוּלְעָנָא ponitur pro רַעַב & כַּפָּן fame, annonæ caritate; vide Eliam; Coc.& molestaret eum, Av.& molestè ursit eum, Bu.Lex.Col.Rad. [אֵלְקוּם exp.non surgere, vel, non insurgens; ex אַל non, & קוּם surgere, Prov.30.31. Rex, non surgens cum eo; i.e. Regem nemo audet contendere. Av.]

Rad. 94. אִם si; εἰ, ἐὰν; particula connexioni inserviens; Cocc. אִם ut plurimum est, si; & cum לֹא non, est, nisi. Pag. אִם si, sive, sin, an, &c. est particula conditionalis, & aliquando disjunctiva; porrò, in juramentis, & obligationibus affirmativis, Itemque in oratione interrogativa, importat vim negandi; hinc, per inversionem, est μή, ut Joh.8. μὴσὺ μείζων εἶ τῦ πατρὸς Ἀβραάμ, &c. & rursus, in juramentis, quibus particula negativa additur, habet vim affirmandi; quod & textu & orationis serie, facilè deprehendetur; Hinc, Græci per Apocopen, εἰ si, &c. Av. Sunt qui ad אָמַן reducunt, quia pro verè, certè, sumitur interdùm; est particula, certo aliquid statuens, etsi sub conditione; & interdùm absolutè, vel affirmativè, vel negativè; est nunc, qualitatis, nunc, temporis; & reperies, pro siquidem, vel quia, ut Latinum, si; & est optantis etiam, ut Latinè, ô si; ut Psal.139.18. אִם־תִּקְטֹל ô si occidas, Deus, impium; Interrogat sæpè, ut Græcis εἰ; & tum sæpè affirmat; Geminatum inter diversa, valet sive, sive; In juramentis, negandi vim habet, nisi dicatur אִם לֹא si non, subjuncta negatione; tunc enim affirmabit. Si, ה interrogandi nota præcedat, repetita interrogatione, dici solet אִם, & interdùm, Vau præposito, sic, וְאִם ut, Job.21.4. הַאֲנוֹכִי nonne ego; i.e. quod ad me attinet; apud hominem eloquium meum est; וְאִם מַדּוּעַ & an quamobrem non arctabitur animus meus; i.e. quare non arctaretur? &c. Atque ibi, ad πάντα junctæ sunt

sunt duæ particulæ interrogativæ. Sumitur & pro etsi, quamvis; ut Latinè; Merc. Occurrit Lev.1.3, & 10. 2 Reg.7.4. &c. passim, & frequentèr; sed loca desunt in Concordantiis, ut variarum hujusmodi particularum indeclinabilium; ob multitudinem & frequentiam earum. אִם est, si, siquidem, siquando; & interrogativè, utrum, an? Jud.9.2. הַאִם an verò, Job.6.13. עַד־אָנָה usque dum; Gen.24.33. עַד אֲשֶׁר usque quo quum; i.e. usque dum, per Pleonasmum, Gen. 28.15. כִּי אִם sed; Psal.1.2. quam quum, usque quum, Gen.32.26. quod si, etiamsi, 1 Sam.14.40. quia certè, utique enim; nam certè, Prov.23.18. (Item, nisi, Isa.55.10. כִּי אִם הִרְוָה nisi madefecerit; sic v.11. & Isa.65.6. nisi solvero, &c. Cocc.) אִם לֹא si non, nisi, an non. Denique in juramentis, absolutè positum, negat, Psal.89.36. 1 Reg.17.11. addita particula negandi affirmat. Isa.5.9. Bu.Lex. Videantur ulterius, Pag.& Cocc. [אֵם mater; quidam ponunt radicem per se, seu nomen Radicale; plerique verò referunt ad Rad. אָמַם; ubi videatur.]

Rad.95. אָמָה fæm. Nomen Radicale; Ancilla; 70. δούλη, διάκαινα, οἰκέτις, παιδίσκη, ἄβρα, famula, cujus humerus seu cubitus ad servitutem est promptus; Cogn.cum אֵם mater, & אָמַן fidelis fuit; requiritur enim à famulabus, fides & prompta voluntas erga matres familias; hinc, μάω, μάσμαι, promptus sum, &c. Av. Occurrit, Exod.21.30.& cum præf. וְ Lev.25.44. הָ Gen. 21.10.13. & ל Exod.21.7. Col. Item, cum Aff. אֲמָתִי Gen.30.3. ancilla mea; cum præf. וְ Job.31.13. Sic cum aliis Aff. אֲמָתְךָ vel, in pausa, אֲמָתֶךָ ancilla tua, Gen.21. 12.&c.& cum præf. לְ, כְּ, & לְ. 30.circ.l. אֲמָתוֹ ancilla ejus, vel sua, Exod.21.20.&c. & cum præf.לְ, 10.l. Sic & אֲמָתָהּ ancillam suam; Exod.2.5. col. In plur. אֲמָהוֹת & cum præf.הָאֲמָהוֹת ancillæ, Gen.31.33. 2 Sam.6.22. col. In Constr. אַמְהוֹת idem, 2 Sam.6.20. cum Præf. & Aff. וְאַמְהֹתַי & ancillæ meæ, Job.19.15. וְאַמְהֹתֶיכֶם & ancillæ vestræ, Deut.12.12. וְאַמְהֹתָיו & ancillas ejus, Gen. 20.17. וְאַמְהֹתֶיהָ & ancillæ ejus, Nah.2.7. & וְאַמְהֹתֵיהֶם & ancillas ipsorum, Ezr.2.65. Neh.7.66. col.plur.[אַמָּה videatur sub Rad. אָמַם.]

Rad. 96. אָמַל infirmavit, debilitavit; Item, infirmatus est, debilitatus est; languit, & figuratè tribuitur rebus inanimatis; Cogn.cum אָבַל lugebat, planxit; nam infirmus solet lugere, & tristem faciem præ se ferre; hinc, ἀμαλδὴς & ἀπαλὸς; tener, infirmus, fragilis; ἀμαλδύω destruo; & Latinè, malus; malè habere, &c. ἀμάλως infirmitèr; ἀμαλῶς teneritèr, &c. Av. אָמַל affinitatem habet cum מָלַל, & idem ferè cum ea valet, excidi; deficere; infirmari, labefieri; ut אָבַךְ & כָּפַף idem valent; Merc.in hujus thematis derivatis, apparet notio attenuationis, ex defectu succi, spirituque; 70. κενοῦσθαι, ὀλιγοῦσθαι, συμπεύνεσθαι; affine תָּמוֹל, Cocc. signif. languescere, languefieri; Bu.Conc. In kal, tantùm occurrit part.paul, vel nomen participiale, fæm. אֲמוּלָה vel אֲמֻלָה (à masc. אָמוּל languidus, infirmus, &c.) languidum, debile, infirmum, cor tuum; ardore scil. ac siti libidinis inexplebili; Cocc. Ezech.16. 29. quam debilitatum. i.e. quàm malum & desperatum, est cor tuum? Av.&c. In pual (pro dagesh reduplicata literâ tertiâ, Cocc.) est אָמְלַל languefactus est; elanguit! infirmus & imbecillis factus est; Occurrit Joel.1.10. Nach.1.4. Item, Psal.6.3. Quoniam אֻמְלַל אָנִי infirmus, imbecillis, aut languidus sum; Pag.Cocc. Ubi, est etiam præteriti temporis, sicut illud, Ezech.9.8. וָאֶשָּׁאֵר אֲנִי & relictus sum ego; tertia persona pro primâ; & R.D. dicit, quod אֲנִי ego, est, ficur, עֲצָמַי substantia mea; & sic, Num.14.14. quia oculo ad oculum נִרְאָה אַתָּה appares, vel, videris, tu domine; Sed R. Jaakob, scripsit, quod est nomen Toar, quamvis sit cum patach, ut Isa.28. 16. הִנְנִי יסַד ecce ego fundo in Tzijon lapidem, &c. Pag. similitèr Cocc. Occurrit & in pausa, cum camerz; אָמְלַל idem, elanguit. &c. Isa.16.8. כִּי שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן אָמְלָל Quoniam arva (h.e. unumquodque ex arvis) Chesbon debilitatum est; &c. Merc. item Nach.1.4. Quibusdam, אָמְלַל est part.præs.pual; Isa.16.8. languet, languescit; & in Patach, אָמְלַל languefactus, Psal.6.5. Bu. Lex.& Conc. Item, cum ו conv. præf. וְאָמְלַל & infirmabitur, vel imbecillis erit, aut debilitabitur, vel succidetur; est præt.pual, quia est cum patach, teste R.D. Pag. & languebit; Bu.Lex. Et in 3. sing. fæm. præt. pual; אֻמְלָלָה languescit; Joel,1.12. infirmata est, Pag. languet vitis, i. e. malè se habet; Av. sic, in 3. plur. אֻמְלְלוּ Isa.24.4. & Jer.14.2. ut&, in pausa, אֻמְלָלוּ languerunt, debilitantur, infirmantur, vel succiduntur, languescunt; &c. Isa.19.8. & Thren.2.8. elanguerunt, antemurale, scil. & murus; i.e. amiserunt vim ad standum; &c. Cocc. Indè i. Nomen, אֻמְלָל masc. languidus valdè, qui omnibus labefactus est viribus; semel reperitur; Psal.6.3. quia languidus ego; Av. Aliis autem, est præt. ut suprà. Deindè ij. Hinc, הָאֻמְלָלִים pl.m. cum præf. (tanquam à sing. אֻמְלָל) exhausti, debiles, languidi; imporentes; miseri, desperati; &c. Nehem.4.2. Col. Rad.

Rad.97. אָמַם Hæc Radix verbalitèr non legitur, sed tantùm nomina indè deducta; videtur autem significare propagationem & curam nutriendi liberos; Unde &cogn. cum אָמָה ancilla, & אָמַן nutrivit fidelitèr, educavit bonâ fide, &c. est enim officium matrisfamiliâs, educare sobolem, & regere ancillas, &c. Av. Indè igitur, i. Nomen אֵם f. mater; μήτηρ; dicta à propagatione, & educatione prolis; sed tribuitur, etiam, per Metaph. rebus inanimatis, ut civitatibus majoribus, nam Metropolis, respectu parvarum urbium, mater dicitur, quia ab ea, tanquam à matre, propagari videntur: Item, tribuitur viis & semitis majoribus, respectu aliarum parvarum, quæ indè propagantur ad varia loca; nos vocamus bivium, trivium, &c. Hinc, cum afformatione syllaba πη est Græcè, μήτηρ; mater; &c. Av. Occurrit autem אֵם mater, Gen.3.20.&c. & cum præf. וְ, הָ, בָּ, לְ, & לַ; 40.circ.l. Illud autem, Ezech.21.21. stetit Rex Babel, אֶל־אֵם הַדֶּרֶךְ in medio viæ, in capite duarum viarum, ad divinandum, vel ad divinationem; &c. intelligitur de bivio, vel quadrivio; nam medium viæ, quòd respiciant ad ipsum hinc inde viæ, tanquam ad matrem, appellatur אֵם; Item, 2 Sam.20.19. Civitas magna appellatur אֵם, quòd parvæ circa eam, sunt tanquam ejus filiæ; Pag. vel etiam mater dicitur civitas magna, quæ multos cives, velut filios, aluerit & genuerit; vel etiam, quòd multa alia oppida, ex ea ut ex matre descendant, & pendeant; quo sensu, sæpè etiam, filias alicujus urbis reperies dici, in Scriptura, pro villis ei adjacentibus,

jacentibus, vel oppidis ad ejus ditionem pertinentibus; Sic μητρόπολιν Græci dixerunt; Merc. Illud autem, Jer.15.8. Introduxi eis ſuper אֵם matrem; Targum exponit, סִיעָת cætum, ſeu congregationem; Pag. quaſi ſit אוֹם gens; Merc. cum Affixis מ, accipit Dageſch forte, quia Radix eſt אָמַם teſte R.D. Pag. ſunt tamen qui, contra Analogiam, ad אָמַן reducant, à naturali matris fidelitate & affectu in liberos; vel quòd ſit fidelis propagatrix ſpeciei; Merc. Occurrit autem cum his Aff. אִמִּי mater mea, Gen.20.12. Joſ.2.13.&c. & cum præf. וְ & יִל 30.circ.l. ſic, אִמְּךָ vel in pauſa אִמֶּךָ mater tua, Gen.27.29. & 28.2.&c. & cum præf. וְ 30. circ.l. Item, אִמֵּךְ mater tua, fæm. Joſ.2.18.Ezec.16.45. & cum præf. וְ, ibid.v.50. & Ruth.2.11. Sic, אִמְּכֶם mater veſtra, Iſa. 50.1. Jer.50.12. & cum præf. בְּ cum matre, &c. Hoſ. 2.4. Sic &, אִמְּכֶן mater veſtra, fæm. Ezech.16.45. Item, אִמּוֹ mater ejus vel ſua, &c. Gen.2.24..21.21.&c.& cum præf, וְ, וְכְ, לְ & יִל; 110.circ.l. אִמָּם mater eorum Hoſ.2.7. Sic & אִמָּהּ mater ejus, matris ſuæ, fæm. Gen. 24.28. &c.& cum præf. וְ, בְּ, כְּ, לְ & יִל 20.circ.l.In plur. אִמּוֹת matres; cum Aff. אִמּוֹתַי matres noſtræ, Thren. 4.3. & אִמּוֹתָם matres ipſorum, vel matrum ſuarum; Jer.16.3. Thren.2.12. & cum præf. לְאִמּוֹתָם matribus ſuis, Thren.2.12. Col. pl. Deindè ii. Nomen אוֹם, & לְאֹם maſc. (nam, præpoſito ל radicali, idem valet; ut אש & לְאֹשׁ vel, לְאֹשׁ pedetentim, pro eodem reperies; Sic, בַּר & לְבַר ſolùm; &c.Merc.) gens, natio, populus; Pag.Eu. ex unâ quaſi matre propagatus; Bu.Lex. אֹם, vel לְאֹם (nam in ſing.& pl. maſc. ſemper præponitur Lamed, in textu.) eſt plebs, populus ab unâ eademque matre, familia unius ſtirpis; & differt ab עַם populus, ex variis nationibus & linguis collectus; Av. Occurrit autem לְאֹם natio, &c. Prov.11.26.. 14.28. & cum præf. וּלְאֹם & natio; Gen.25.23. & לְאֹם מִלְּאֹם natio præ natione; Ibid. Item cum Aff. וּלְאֻמִּי & natio mea, Iſa. 51.4. col.ſing. (cum Aff. & in plur. cholem mutatur in kibbutz.) In pl.m. אֻמִּים, (à ſing. אֹם vel אוֹם) undè, cum præf. הָאֻמִּים nationes; populi; Pſal.117.1. Item, לְאֻמִּים (à ſing. לְאֹם) idem, nationes; Gen.25.23..27. 29.Pſal.9.9. &c.& cum præf. וּ & בְּ 30.circ.l. Item, in pl.f. אֻמּוֹת (tanquam à ſing. אֻמָּה) idem, nationes, populi; Num.25.15. & cum præf. לְאֻמּוֹתָם per nationes ſuas; Gen.25.16. Col. Sic etiam Chald. אֻמָּה natio, populus; Dan.3.29. & in pl. אֻמַּיָּא nationes populi; Dan. 3.4. & 7.. 5.19.. 6.26.. 7.14. Ezr.4.10. col. ſing. & pl. Chald. Item, iii. Hinc, nomen אַמָּה f. cubitus; ulna; ἠχυς; ſunt & qui hoc ad אָמַן revocent, quòd cubito firmitèr innitamur; etſi menſuram magis ſignificet, continentem quinque palmos; palmus autem eſt quatuor digitorum; Merc. אַמָּה eſt menſura cubitalis, quæ communitèr continet quinque palmos; in ſacris autem ſex; Bu. Lex. eſt nomen partis brachii, & menſuræ, ab ἀγκῶνι, flexu brachii, uſque ad extremum digiti medii; ſed Ezech.c.41.8. אֲצִילָה à manu ad axillam; eà eſt eadem menſura; apud Ezech.c.40.5. & 43.13. cubitus, eſt palmo, ſive quatuor digitis, major communi, qui eſt ab ἀγκῶνι, uſque ad finem manus in pugnum collectæ; Sic, apud Herod. in Clione, c.178. cubitus Regius Babylonicus, vulgarem excedit tribus digitis; Cocc. Occurrit autem, אַמָּה cubitus, menſura cubitalis; Gen. 6.15, 16.. 7.20.&c. 80. circ.l. & cum præf. וְאַמָּה & cubitus, Exod.25.10. & 37.1.&c. & cum aliis præf. בָּ, & וְ; 60.circ.l. Illud autem, 2 Sam. 8.1. מֵחַג הָאַמָּה frænum cubiti, pro quo, 1 Chron.18.1. Gath, & filias ejus; Videtur oppidum ità dictum, quod Palæſtinis eſſet commodum ad frænandos Iſraelitas, & quaſi manus eorum aſtringendas; alii volunt אַמָּה eſſe nomen montis aut loci; vocatur, Gath urbs regni, 1 Sam.27.5. Cocc. frænum cubiti, ſunt qui dominium, vel demenſum certum, exponant; alii, הָאַמָּה rivum; ut frænum rivi, ſit aquæductus; Merc. in Conſtr. eſt אַמַּת cubitus, Jer. 51.13. cum præf. בְּאַמַּת in cubito, Deut.3.11.Col.Conſtr. Illud autem, Jer.51.13. אַמַּת בִּצְעֲךָ ulna quæſtus tui, poni videtur, pro, menſura quæſtus tui impleta eſt; Cocc. Sed occurrit etiam, in duali, ſic, אַמָּתַיִם duo cubiti; Exod.25.10,17,23.. 37,1,6,10. cum præf. וְאַמָּתַיִם & cubiti duo, Exod.30.2. & 37.25. &, וּכְאַמָּתַיִם & quaſi cubiti duo, Num.11.31.Col.Du. In plur.fæm. אַמּוֹת cubiti, menſuræ cubitales; Exod.26.16. & 37.21.. 27. 1. 18.&c. 90.circ.l. & cum præf. וְאַמּוֹת & cubiti, 2 Chron. 6.13. בָּאַמּוֹת in cubitis, Ezech.43.13. & לְאַמּוֹת ad cubitos, 2 Chron.3.11. Col.præf. Item, in Chald. pl.maſc. אַמִּין cubiti; Dan.3.1.& Ezr.6.3. Col. Chald. Denique, iv. Indè No. אַמָּה f. poſtis; nam אַמָּה ſignificat etiam poſtem; Pag.vel frontem, ſeu ſuperliminare; Merc. In hac ſignif. occurrit tantùm ſemel, in plur. אַמּוֹת poſtes; Iſa.6.5. propriè, poſtes, quibus innititur ſuperliminare; Rursùm ſunt qui ad אָמַן reducant, à firmitate; à quâ &, אֲמָנוֹת poſtes, dictos invenies, 2 Reg.18.16. verùm, etſi voces ſint vicinæ, ego diverſas eſſe radices, non dubito; ſicut ſæpè fit. Merc. אַמּוֹת ſemel ſumitur pro poſtibus, qui ſunt inſtar cubitorum vel humerorum in ſuperliminaribus; vel, quòd poſtes menſurabantur ad latitudinem cubiti; Av. loco citato, Iſa.6.5.& moverunt ſe אַמּוֹת poſtes liminum; R.D.exp. מְזוּזוֹת poſtes; quamvis ſunt qui exponant, eodem R.D. teſte, & moverunt ſe cubitis (i.e. duobus aut tribus, vel quibuſdam, cubitis) limina; Pag. Chaldæus Paraphraſtes, poſtium nomine, videtur, teſte Kimchi, intellexiſſe angulos, qui ſunt ſuper poſtes, hinc indè, quibus ſuperum limen innititur; Merc; אַמּוֹת הַסִּפִּים poſtes liminum, 70. τὸ ὑπέρθυρον; Chald. אִלְוָת סַפְיָא R. Sol. intelligit projecturas, aut poſtes, cubiti menſuram habentes; ipſa limina, cum ſuis poſtibus aut projecturis commota ſunt; Cocc.

Rad.98. אָמַן verax & fidelis fuit; tutatus eſt fidelitèr; enutrivit bonâ fide; profuit fidelitèr; ſuſtentavit; Cogn.cum יָמִין dexter; nam dexteritas, ſeu dextera manus, non rarò accipitur pro fidelitate; eſt enim fidei conſecrata, & per dexteram jurabant antiqui, tanquam fidei ſedem, & virtutis miniſtram; hinc, ἀμύω tueor, ἀμύνομαι defendo fidelitèr, ἀμυνάθω auxilior, ulciſcor; ἀμυντήρια tutamenta; In primâ autem Conjugatione kal, אָמַן, nutrivit fidelitèr; educavit bonâ fide; extant tantùm Participia; Av. Hujus verbi prima forma, niſi in participiis, non uſurpatur; Nam, אֹמֵן, & אוֹמֶנֶת, eſt ut רֹעֶה, מְיַלֶּדֶת, nomen officii, ſed ab actu deſumpti; אוֹמֵן dicitur, curator, nutricius; ἐπίτροπος, τροφὸς; 70. τιθηνὸς; propriè, κομιστὴς; actus, à quo appellatur, eſt, geſtare infantem in ulnis, in ſinu; ut Num.11.12. fer eum in ſinu tuo, quemadmodum

gitur: Quid docet deficiens He? Quinque res quæ non fuerunt in ſanctuario ſecundo; nempe Arca cum propitiatorio, & Cherubim; Ignis cœleſtis, præſentia Majeſtatis Divinæ, Spiritus Sanctus, Urim & Thummim. Hæc in Cod. Tamudico, Ioma, cap. 1. in fine capitis. Gloſſator addit, per Spiritum ſanctum, Spiritum intelligi qui in Prophetis fuit, qui ab anno ſecundo Darii ceſſavit. Videntur tamen Urim & Thummim fuiſſe in Templo ſecundo, ex Ezr. 2.63. Neh 7.65. Vide interpretes Hebræos, qui contrà ſentiunt, Bu. Lex. In Hithpael הִתְכַּבֵּד honorare ſe, numeroſum ſe efficere, Bu. aggravavit ſe gloria, Av. Occurrit in imper. Hithp. 2. ſ.m. Nahum. 3.15. הִתְכַּבֵּד gravem, i. e. numeroſum te effice, Bu. Lex. aggrava te, ut bruchus, (& inf. f.) הִתְכַּבְּדִי aggrava te, f. ut locuſta; Av. multiplicari, aut, multiplicari te; Pag. vel potiùs, multiplicare te; vel certè multiplica te, ut ſit infinitivus pro imperativo; q. d. multiplica te; Merc. Cev. multiplicare ſicut locuſta: alii exp. gravaberis, i.e. obrueris locuſtis: multitudo, ſeu multiplicatio rei eſt velut gravitas, Merc. Hieron. congregare ergò ut bruchus, multiplicare ut locuſta: ſunt tamen inquit R. D. qui exp. ſcopari ut bruchus, ſcopare ut locuſta: Bruchus enim & locuſta frugibus agros ſcopant ac mundant, i. e. evacuant: quo ſenſu doctores Hebræorum utuntur hoc verbo cùm dicunt מְכַבְּדִים בֵּין הַמְּשׁוּרוֹת ſcopantes, ſeu verrentes inter lectos, Pag. in Talmud, unde hic locus ſumptus eſt, ſcribitur בֵּירִי, domum lectorum, i. e. triclinium, ubi tori erant ad diſcumbendum; ut eo loco exp. R. Sal. Sic tamen citat Kimchi, Merc. & ſic מְכַבְּדוֹת שֶׁל תְּמָרָה de ſcopis palmæ, Pag. ſed id poſſit legi מְכַבָּדוֹת de ſcopis: ſed ſatiùs videtur מְכַבְּדוֹת ſcopæ; in forma pl. f. Benoni, ut מְבַשְּׁלוֹת Iſa. 46.23. & תְּמָרָה meliùs quàm תָּמָרָה Merc. Cev. & prius ſecundum R. D. eſt Makor ſeu infinitivum, alterum verò imperativum, ac ſi dicat, quid tibi proderit ſi multiplicata fueris in populum multum; hoc enim non proderit, nec eruet, Pag. Amplificando te inſtar Bruchorum, amplifica te inſtar locuſtarum; Cocc. Sed occurrit etiam part. hithp. ſ.m. cum מ præf. Prov. 12.9. felicior eſt נִקְלֶה vilis cui ſervus eſt, מִמְּתְכַּבֵּד præ eo qui ſe glorificat, & eget pane; Cocc. præ honorante ſe, Bu. Conc. quàm qui ſe glorificat, Pag. præ eo qui ſe honore extollit, Bu. Lex. præ gloriante ſe, cui tamen deeſt panis, Av. Atque indè ex hac rad. in 3. hac ſignif. eſt no. כָּבוֹד m. gloria, gravitas, honor, quicquid habet. aliquid ponderis, Av. præſtantia; & abſolutè loquendo, ſumma, quæ eſt veluti Βάρος τι pondus, quo ſcil. quis comparatus alteri ei præponderat: ità Apoſtolus, Βάρος δόξης conjungit, 2 Cor. 4.17. ſed ibi ſignificatur magnitudo & abundantia gloriæ, h.e. boni maximi: 70. ferè interpretantur δόξαν, non ſenſu opinionis, ſed eodem ſenſu qui eſt in Hebræo, unde explicandum eſt. Paucis in locis vertunt πλοῦν, etiam addito vocabulo δόξας, pro תִּפְאֶרֶת ornamento, ut Exod. 28.2. 40. לְכָבוֹד וּלְתִפְאֶרֶת εἰς πλοῦν αὐτῷ δόξαν; rectiùs verò, in gloriam & ornamentum; εἰς δόξαν καὶ κόσμον. כָּבוֹד eſt gloria: honor: anima ſuperior, ſic appellata iuquit R.D. in l. rad. quòd ſit corporis gloria; Pag. ſpendor, majeſtas, claritas, dignitas, præſtantia, excellentia. Sanè his omnibus ſubeſt nonnihil gravitatis, ut Paulus dicit, æternum gloriæ pondus. Et ſunt etiam qui כָּבוֹד pro gravitate exponunt, Gen. 31.1. quod ſubſtantiam ſignificat. Item Prov. 25. verſ. penult. & ſcrutari grave ſibi eſt grave. Sic & Nah. 2. autore Kimchi, כְּבוֹד ſunt qui eodem modo accipiant pro gravitate, i. e. copia omnis elegantis & pretioſæ ſupellectilis. Sed ego non dimoverim à genuina ſignificatione: etſi interim ſit alluſio ad ſignificationem gravitatis, ſicut & in verbo. Nam ſignificationes ſunt vicinæ, ut Kimchi monet. David ſynecdochicè hoc nomine, Spiritum ſeu Animam hominis, vel Linguam, vel inſtrumentum muſicum qua Deus glorificatur, intelligit: δόξα, gloria, in Novo Teſtamento pro claritate aliquoties invenitur, ut Luc. 2. Act. 22. præ gloria luminis illius, &c. 1. ad Cor. 15. Alia cœleſtium gloria, &c. irradiatio faciei Moſis, de qua Exod. 34. δόξα à Paulo dicitur, 2 Cor. 1. 3. Sic 1 Cor. ubi de viro & muliere loquitur. Ad Romanos 6. per gloriam patris, i.e majeſtatem & omnipotentiam. Ad Eph. 1. gloriæ, i. e. excellentiæ gratiæ Dei. Paſſim in Novo Teſtamento glorificare & clarificare pro eodem. Vertitur & per τιμὴ honor, quod pro dono interdum ſumptum repetitur, quod honorarium appellant; ad Coloſſ. 2. Item 1. ad Tim. 5. de honorandis viduis, ut quidam putant. Item de præsbyteris qui bene præſunt, ut dupliciter honorentur. Sic exponunt & Num. 24. ab honore, i. e. donario; Merc. Nomen hoc כָּבוֹד eſt ubique maſculei generis, præterquam in loco uno, quod cum pronomine primæ perſonæ inferius eſt notatum. Pſal. 73.24. וְאַחַר & poſtea כְּבוֹד (ad) gloriam ſuſcipies me: ſubauditur enim אֶל vel Beth, i. e. in, vel cum gloria, &c. vel de gloria, dixit, accipies me, i. e. cum ſeparata fuerit vita, & remanſerit gloria, i.e. anima ſuſcipies me, i.e. colliges, ſeu aggravabis gloriam meam, i. e. animam, ad te. Pag. Merc. Nam dictio וְאַחַר & poſt, vel poſtea, non eſt conjuncta cum dictione כָּבוֹד gloria, ut oſtendit accentus diviſivus; & eſt ſenſus, & poſtea, i. e. poſt mortem meam; q.d. in noviſſimo meo, ſuſcipies me, i.e. a-animam, quæ eſt gloria: vel ad gloriam ſcil. tuam, ſuſcipies me; vel, & poſtea ſuſcipies me, & ero gloria, i. e. velut unus ex Angelis; Pag. Alii, & tandem (cum) gloria ſuſcipies me, Merc. & poſtea, in gloriam accipies me, in ſtatum ſcil. vacuum miſeriæ, & abundantem omni beatitudine; Cocc. ut poſtmodum (in) gloriam recipias me; Jun. Nah. 2.6. כָּבוֹד gloria præ omni vaſe deſiderii; i.e. deſiderabili, Pag. vel gloria ex omni, &c. q. d. gloria omnis ſuppellectilis pretioſæ, eſt ſcil. in eo. Hìc poteſt afferri locus quem ex Zach. 2.8. al. 12. citat Kimchi, אַחַר כָּבוֹד poſt gloriam miſit me: quod ille exp. poſt omnes has prophetias, in gloriam & magnitudinem, q. d. gloriæ cauſâ amplioris, miſit me, &c. Alii, poſt gloriam regni Iſraelitici, & cultûs, miſit me ad gentes: de Chriſto, Merc. poſt gloriam miſit me ad gentes; h. e. ad adducendum indè magnam multitudinem: gloria námque interdum notat multitudinem; ſic Gen 31.1. omnem gloriam hanc, i.e. copiam: Nahum. 2.9. non eſt finis לְחִכְוֹנָה כָּבוֹד מִכָּל־כְּלֵי חֶמְדָּה apparatui, gloriæ ex omnigena ſuppellectili amabili. Iſa. 11.1. & erit quies ejus gloria: h.e. habebitur victor in magna multitudine cum celebratione nominis ſui: Omnis enim dicet gloriam. Pſal. 30.12. לְמַעַן יְזַמֶּרְךָ כָבוֹד ut pſallat te

gloria,

gloria, h. e. maxima multitudo; Cocc. ut psallat tibi gloria, i. e. lingua, præco gloriæ; ut suprà 16.9. Jun. Item, gloria pro optimo, seu pro eo quod optimum est, ut Psal.16.9. וַיָּגֶל כְּבוֹדִי & gavisa est gloria mea: & Psal.57.9. עוּרָה כְבוֹדִי excitâre gloria mea; & Psal.7.6. & gloriam meam, h.e. optimum mei, in pulverem faciet procumbere: ubi Kimchi, vocatur anima superior, (spiritualis naturæ) gloria, quia est gloria & pretiositas corporis: diceret, hominis; Cocc. Occurrit autem nomen hoc simpliciter locis seq. כָּבוֹד honor, gloria, Jos. 7.19. 1 Sam.2.8..4.21,22..6.5. 1 Reg.3.13. 1Chron.16.28.Psal.29.1,9..30.13.73.24..85.10..96.7..115.1. Prov. 3.35..11.16..15.33..18.12..20 3..25.27..26.1,8..29.23. Isa.4.5..11.10.22.23..24.23..42.12. Jer.13.16.. 17.12. Hag.2.7.Zach.2.12.Mal.2.2. כָּבוֹד gloria, Nah. 2.9. Item cnm ךָ, וֹ, וֹל, ָל, ָב, ָך, ָה, & יִמ praef. ut seq. וְכָבוֹד & gloria 1 Chron.29.28. 2 Chron.1.11,12..32.27,33. Psa.8.6.17.5.18.1..84.12.Prov.3.16..8.18..21.21..22.4. Eccl.6.2. הַכָּבוֹד vel sine vau,gloria,Psa.24.7,8,9,10..29. 3.Gen.31.1. וְהַכָּבוֹד & gloria,1Chr.29.12. בְּכָבוֹד cum gloria,Psal.112.9..149.5.Isa.14.18.Ezec.31.18. בַּכָּבוֹד cum gloria,Ezech.3.23. לְכָבוֹד ad gloriam, Exod.28.2, 40. 1 Chron.17.18. 2 Chron.26.18. וּלְכָבוֹד & ad gloriam,Isa.4.2. Zach.2.9. מִכָּבוֹד à gloria,Num.24.11. Jer. 48.18.Hab.2.17. וּמִכָּבוֹד & præ gloria, Eccl.10.1. & in forma s.m.constr. sæpe etiam occurrit viz. simpliciter, locis seq. כְּבוֹד gloria,Exod.16.7,10..24.16,17. Lev.9. 6,23.Num.14.21..16.19..17.7.1 Reg.8.11.1 Chron.16. 29.2 Chro.5.14..7.2. Esth.1.4.. 5.11. Psal.19.2.. 29.2.. 49.17..66.2..79.9..96.8..104.31..138.5..145.5,11. Isa. 16.14..17.4..21.16.. 22.24..35.2.. 40.5.. 58.8.. 60.13.. 66.12.Ezech.1.28..3.12,23..8.4..10.4,18..11.22..43.2, 5..44.4.Mich.1.15.Hab.2.14.Hag.2.9.& semel sine vau, Prov.25.20. & cum וּ & כְ praef. ut seq. וּכְבוֹד vel sine vau,& gloria,Exod.40.34,35. Num.14.10. 2 Chron.7. 1,3.Psal.145.12.Isa.10.18..60.1.Ezech.9.3..10.19.. 11. 21..43.4.Prov.25.2. כִּכְבוֹד sicut gloria, Isa.17.3. Item, cum affixis sæpe etiam occurrit, ut cum ִי. Aff. locis seq. כְּבוֹדִי vel sine vau, gloria mea, Gen.45.13..49.3. Exod.33.22. Num.14.22. Job.19.9..29.20. Psal.3.4..4. 7..16.9..57.9..108.2.Isa.66.18,19. Ezech.39.21.Mal.1. 6.cui etiam וֹ, בְ & לְ sunt præf. וּכְבוֹדִי & gloria mea, Psal.7.6..62.8.Isa.42.8..48.11. בִּכְבוֹדִי gloriâ meâ, Exod.29.43. וְלִכְבוֹדִי & ad gloriam meam, Isa.43.7. ut & cum הָ. Aff. cui & וֹ cop.est præf.ut seq. כְּבוֹדוֹ vel sine vau, gloria tua,Psal.26.8..57.6,12..102.16.. 108.7. Isa. 22.18..62.2. Jer.14.21.Hab.2.16.Exod.33.18. Neh.9.5. וּכְבוֹדֶךָ & gloria tua, Psal.63.3. & cum וֹ Aff. cui etiam וֹ, בְ & מִ sunt præf.sic, כְּבוֹדוֹ gloria ejus, 1 Chr.16.24. Ps.21.6..49.18..72.19..96.3..97.6.. 113.4. Is.3 8.. 6.3.. 8.8..59.19. Jer.2.11.Hos.10.8. & sine vau,idem, Deut. 5.24.Isa.10.16. וּכְבוֹדוֹ & gloria ejus, Isa.5.13.. 60.2. בִּכְבוֹדוֹ in gloria sua, Psal.102.17. Hag.2.3. מִכְּבוֹדוֹ à gloria ejus,Ez ech.43.2.Item cum הָ, כֶם, & ם aff. cui ult. יִ est etiam praef. כְּבוֹדָהּ gloriæ ejus,Isa.66.11. כְּבוֹרְכֶם gloriam vestram, Isa.10.3. כְּבוֹדָם gloria ipsorum, Psal. 106.20. Prov. 25.27. Hos. 4. 7.. 9.12. וּבְכְבוֹדָם & in gloria ipsorum, Isa. 61. 7. Item, indè etiam No. כְּבוֹדָה f. honoratus, vel -rata; Bu. Conc. honorabilis, Pag.honorata, Bu. Lex. adjectivè, gloriosa, ornata, Cocc. Est cum schurek & cum dagesch in daleth, inquit R. D. Occurrit autem Psal.45.4. כָּל־כְּבוֹדָה omnis, (vel tota. Cev,) gloriosa, aut honorabilis, filia regis; Pag omnino gloriosa filia regis introrsum, Cocc. & Ezech.23.41. & sedebis עַל מִטָּה כְּבוֹדָה super lectum honorabilem, vel gloriosum; Hieron. in lecto pulcherrimo, Pag.in lecto ornato, Cocc. occ. etiam cum הַ dem.præf.sic, Jud.18.21.& posuerunt, &c. וְאֶת הַכְּבוֹדָה & pretiosum, pro pretiosa, ante se; i.e. vasa aurea & argentea, & alia pretiosa, Pag. Quidam gravitatem exponunt, i.e.onera, impedimenta posuerunt ante se, i.e.præmiserunt, Merc. Targum מְעִנְיָנָה substantiam, nempe pretiosam: & sic Hieron. & omne quod erat pretiosum, Pag. Sumitur etiam substantivè, ut hoc loco;& posuerunt, &c.impedimenta;70.ν βάρη, Cocc. Hoc in loco כְּבוֹדָה est gravitas, gravamen, & præmiserunt parvulos & pecudes, & gravamen, i.e.impedimentum, 70. ἐν ἄξοις. Secundum literas legitur הַכְּבֵדָה, sed secundum dagesch הַכְּבֹדָה. Nomen præcedens כָּבוֹד primo notat præstantiam, & q.d. præponderationem: 2. omnia quæ præstantiorem faciunt, vel ostendunt præstantiam; ità & gloria pro copia magna dicitur: 3.honorem,quo datur alicui gloria, sive alicujus præstantia quovis modo agnoscitur: videamus quædam exempla in quibus patebit usus; Psal.29.1. הָבוּ לַיהוָה כָּבוֹד וָעֹז date Johovæ gloriam & robur; i.e. agnoscite ipsius summam præstantiam & robur invictum atque omnia subjiciens. Psl.85.10. לִשְׁכֹּן כָּבוֹד בְּאַרְצֵנוּ ut habitet gloria in terra nostra; gloria,h.e. is qui summus est, & demonstratio virtutum ac perfectionum ejus, ac copia maxima hominum, seu illorum Dei. Prov. 25. 27. וְחֵקֶר כְּבוֹדָם כָּבוֹד & petitissimum gloriæ illorum est gloria: h. e. gloria justorum, i. e. id in quo gloriantur, & quod sperant, tota gloria est, sine ulla vilitate; Cocc. Ità pervestigare honorem suum, in honestum; Hebr. (non) honor; Jun. Psal.24.7,8,9,10. מֶלֶךְ הַכָּבוֹד, h. e. summus. Exod. 16.7,10. & videbitis אֶת כְּבוֹד יְהוָה gloriam Jehovæ, i.e. rem gloriosam, qua se Deus præsentem testabitur. Exod 24.17. & species gloriæ Dei (erat) ut ignis. Isa.40.5. & revelabitur gloria Jehovæ, h. e. magis gloriosè manifestabitur, quàm unquam aliàs in omni suo decore. Christus apparuit cum potentia, gratia ac veritate Dei, in qua Deus gloriatur, Ezech.1.28. Mare דְּמוּת כְּבוֹד יְהוָה aspectus speciei gloriæ Jehovæ: nempe, aspectus hominis in solio, v. 26. sic cap.8.4.. 10.4. ubi videtur descensus de solio; & 11.22.ubi sessio in solio post descensum.Is.42.8.gloriam meam alteri non dabo,& תְּהִלָּתִי gloriationem meam sculptilibus. Quando Christum vocavit cum justitia, &c. tum Deus suam gloriam, h.e. sanctitatem, justitiam, gratiam, veritatem, sufficientiam demonstravit, & omnem hominem ostendit posteriorem gloriâ Dei, & ea indigentem; Rom.3.23. & se extulit super falsos Deos, ostendens, ipsos falsos Deos esse qui non possint de eo gloriari quod ipse facit; quod est justificare peccatorem in seipso. Sic Isa.48.11. Luc, 2. 14. δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ gloria in excelsis Deo. Quando manifestatur in carne, glorificatur Deus ut Deus Abrahami, & omnino peccatoris. Isa.3.8. לְמָרוֹת עֵינֵי כְבוֹדוֹ ad exacerbandum oculos gloriæ, vel gloriosos ipsius. Isa.60.1. gloria Jehovæ super te exorta est, Psal.4.3. quousque כְּבוֹדִי gloria mea ignominiæ erit? h.e. quamdiu pudebit vos gloriari in eo, quod est gloria mea?

mea? Quia Deo competit gloria; Deus eſt gloria hominis. Nam in ipſo demùm optimum & beatiſſimum ſtatum habet, & propter gratiam in ipſo ſolo gloriari poteſt. Prov.25.2. כְּבוֹד אֱלֹוהִים honor Dei eſt occultare verbum, & honor Regum ſcrutari verbum; h. e. ad honorem Dei pertinet ità loqui & operari, ut poſſint homines ſocordes & ſuperbi vel ignorare ſapientiam & opus Dei, vel eo offendi: contrà, gloria regum eſt nihil velle ignorare, ſed operam dare ut ſapientes fiant: hæc de hoc nomine & ejus uſu in textu, ex Coc. כָּבוֹד gloria, interdum pro anima, ut Pſal. 30.13. ut pſallat, vel canat tibi כָּבוֹד gloria; & Pſal.57.9. exurge כְּבוֹדִי gloria mea, i.e. anima mea. Semel tantùm כָּבוֹד uſurpatur genere fæmineo, Pag. Sed id fit quia ratio habetur rei ſignificatæ per gloriam, ſcil. animæ; Merc. Gen.49.6. & in cœtu, vel cum cœtu eorum אַל תֵּחַד כְּבוֹדִי nè uniatur gloria mea, i.e. anima mea, Pag. Nè adunator, vel adûneris, tu, ô gloria mea, juxta R. Sal. Si enim perſonâ tertiâ verbum explicetur, tum eſt diſcrepantia generis. Hebræi pro anima accipiunt. Alii pro lingua, quòd ſit gloriationis inſtrumentum, Bu. Lex. In ſecretum eorum nè veniat anima mea, & in cœtum eorum nè adunetur gloria mea. Verbum fæmineum neutraliter poſitum admittit poſt ſe quodvis nomen. Gloria mea, h.e. id quod optimum mei eſt, Cocc. Pſa. 16.9. & exultavit gloria mea, id eſt, anima mea; Pag. 70. γλῶσσά μου, Av. & 4.3. uſque quo כְּבוֹדִי gloriam meam, i.e. animam meam, in ignominiam? Pag. Hinc ex ſignificatione hujus nominis כָּבוֹד gloria, eſt verbum in kal, pro glorioſum eſſe, vel fieri, ut Iſa. 66.5. לְמַעַן שְׁמִי יִכְבַּד יְהוָה propter nomen meum glorioſus eſt vel erit, Jehovah, q.d. gravior, aut excellentior erit. Et in Niphal, 2 Sam.6.20. מַה־נִּכְבַּד הַיּוֹם quàm honorari ſe fecit Rex Iſrael hodie! i.e. quàm magnificè ſe geſſit. Hag.1.8. וְאֶכָּבֵד (deeſt He) & honorabor, vel glorificabo me. Judæi ex defectu literæ He colligunt defectum rerum quinque quæ ſub vetere Teſtamento extiterint in Templo. Sed gloria Templi ſecundi eſt major eâ prioris, & ea non conſiſtit in Arca, aut habitatione Dei ſuper ea, ſed in Chriſti παρουσία, ſive apparitione gloriæ Dei, Jer.3.16,17. In part. pi. 1 Sam.2.30. מְכַבְּדַי אֲכַבֵּד וּבוֹזַי יֵקָלּוּ honorantes me honorabo, & qui me contemnunt, vili fient: honorare Deum eſt Deo dare gloriam, δοξάζειν, h.e. agnoſcere omnem ejus præcellentiam, & ut eâ dignum eſt agere cum Deo. Deus honorat laudans & remunerans bonum. Oppoſita in eodem dicto advertenda. Exod.20.12. כַּבֵּד honorato patrem tuum, & matrem tuam; da ipſis כָּבוֹד præſtantiam, & amplifica eos. Iſa.58.13. וְכִבַּדְתּוֹ מֵעֲשׂוֹת & honorabis id ſanctum Jehovæ, tempus ſcilicet quod Jehovæ ſanctum eſt, nè facias voluntatem tuam; Cocc. Participium Niphal נִכְבָּד pro nomine poſitum, ſignificat glorioſum, ſplendidum, præſtantem, honoratum, excellentem; ut 2 Pet.2. δόξας glorias, non horrent convitiis inceſſere: abſtractum pro concreto eſt poſitum, i.e. gloriâ præcellentes, & majeſtate præditos. Magiſtratus intelligit: unde, læſæ Majeſtatis rei, qui eorum violarunt Majeſtatem; Merc. Prov.8.24. Dum non eſſent מַעְיָנוֹת fontes, נִכְבָּדֵי־מָיִם gravatæ aquis: Nam R.D. in l.Rad. in hunc modum exponit, quum nondum eſſent fontes, & quum nondum eſſent gravatæ aquis, (vel potiùs gavedines ſeu copiæ aquarum, Cev.) i.e. adhuc non erant abyſſi, ſeu voragines, adhuc non exiſtentibus aquis multis, Pag. & copioſis, ſum formata, ſcil. ſeu edita. Poteſt exponi graves aquarum; i.e. graves & copioſæ aquæ: vel, gravata aquarum, i.e. magnæ aquarum moles, Merc. Cev. Non poteſt נִכְבָּדֵי m. jungi cum fontibus, fæm. unde R. Himman. dicit נִכְבָּדֵי eſſe loca in quibus magna eſt aquarum copia, Pag. Alii מַעְיָנוֹת, voce fæm. ſignificatu tamen putant eſſe maſc. ut & ſuum ſing. מַעְיָן. Nota hic in Niphal gravitatem indicare: Quidam ſubſtantivè, gravitates, i.e. moles aquarum, Merc. Cev. gravata aquarum; i.e. copiæ graves aquarum; Bu. Lex. Quum nondum eſſent fontes honorabiles, ſeu graves aquarum; Av. In Conjug. Hiphil ubique aggravare ſignificat: nam falluntur qui Jer.30.19. pro honorare exponunt: ſed in bonum ſumitur pro onerare bonis, ut Job.14.21. confer locum; Merc. Iſa.9.1. vel 8.23. & noviſſimo הִכְבִּיד aggravari fecit, i.e. ab eo qui aggravari fecit terram, &c. Pag. vel noviſſimum aggravavit, Merc. Hieron. aggravata eſt, Pag. Oppoſitum eſt הֵקַל, ut in loco citato: nam ſi non vel non equidem vertigo facta eſt ei, cui facta eſt anguſtia, tempore priori, quod הֵקַל levavit verſùs terram Zabulon & Naphtali, וְהָאַחֲרוֹן certè (vau connectens conſequens antecedenti; vel, at) poſterius (tempus ſcil. anguſtiæ) הִכְבִּיד aggravat verſus mare, ultra Jordanem, Galilæam gentium. Duplex eſt tempus anguſtiæ: 1. à vi Babyloniorum qui abduxerunt populum: ſed ea anguſtia levavit eos à tyrannide Regum, & à multis ſcoriis, Iſa.1.25. & tandem adduxit reſtitutionem ab exilio, & Chriſti apparitionem, per quem omne onus ablatum eſt. 2. à vi Romanorum; qui deleverunt urbem & politiam: ut anguſtia, ità levatio facta eſt verſus terram Zabulon in primis, ubi Chriſtus primò Evangelium prædicavit. Aggravatio etiam prima in eam partem incubuit, quam Propheta nominavit. Levationem autem conſiſtere maximè in Chriſti apparitione, conſtat ex cap.9.1.--6. ut & ex dictis cap.8.18. Hæc ex Cocc. In kal ex forma pahel, כָּבֵד, & in 3.ſ.f. כָּבְדָה &c. ſignificat, grave eſſe; ut Jud.20.34. Et prælium grave fuit; vel, ingraveſcere cæpit, &c. vel, grave erat, in valeſcebat: oportet enim ſit 3.fæm.præteriti; nam ſi Toar eſſet, eſſet Milrah: unde hoc perperàm recenſitum eſt inter nomina Toar à quibuſdam; Merc. Cev. Iſa.66.5. Propter nomen meum יִכְבַּד glorificetur Dominus. Senſus, dixerunt fratres veſtri odio habentes vos, propter nomen meum glorificabitur Dominus; vel potiùs aggravabit ſe, vel aggravabitur: ac ſi dicat gravitas ejus eſt ſuper nos; i.e. aggravata ſunt ſuper nos verba ejus, & in pondus ſunt ſuper nos; ipſe verò conſpicietur, &c. R.D. in l.Rad. Pag. Ità viz. potiùs enunciativè, gravia ſunt & moleſtia nobis ejus verba, &c. Kimchi accipit, quàm deprecatoriè, vel Ironicè, ut Sanctes expreſſerat, Merc. Cev. At in Comment. gravis ſit, vel potiùs eſt, nobis in præceptis ſuis. Ipſi dixerunt hoc propter Dominum. At Deus manifeſtus erit in lætitia veſtra; quum vel ſiquidem in ejus ſalute lætabimini ipſis pudore ſuffuſis. Targum, propter nomen meum multiplicabitur, vel creſcet gloria Domini. R. Moſeh, Grave ſuit meminiſci illius, & cuſtodire ſtatuta, præcepta, legéſque illius. Non enim hoc

verbum, inquit, significat glorificare, nisi in Conjug. Niphal. Atoblitus est, inquit Ab. Ezra, in comment. illius, Job.14.21. יִכָּבְדוּ glorificabuntur, vel gloriosi erunt filii ejus, & nesciet, & affligentur, & non intelliget eos. Ipse exponit, glorificabitur Dominus; dicebant enim quòd Dominus non possit ostendere gloriam suam; & ecce glorificabitur Dominus & conspicietur, &c. Pag.Kimchi locum ex Job. exp. multi erunt; vel, erit illis substantia multa & gravis: quia sequitur contrarium ejus, וְיֵצְעֲרוּ & imminuentur, quod hîc dicit affligentur. Latiùs ergò patet יִכָּבְדוּ graves erunt, & onusti, opibus scil. gloriâ & authoritate; Merc. Denique, iv. signif. 4. hujus rad. est in nomine כָּבֵד, quod significat etiam jecur, hepar; Pag. Bu. &c. à gravitate, seu gravedine, vel dignitate, nomen habet hoc viscus; Merc. Buxt. Aven. Cocc. Nam Galenus hepar omnium viscerum gravissimum & densissimum appellat; lib.6.de usu partium, c.17. Bu. Occurrit autem cum ה dem. præf. locis seq. הַכָּבֵד jecur, Exod.29.13,22. Lev.3.4,10,15.4.9.7.4.8.16,25.9.10,19. Item, cum בְּ pro הַ; sic, בְּכָבֵד in jecur, Ezech.21.26. sed occ. etiam cum י & ו Aff. ut seq. כִּבְדִי jecur meum, Lam.2.11. כִּבְדוֹ jecur ejus, Prov.7.23.

Rad.5. כָּבָה in kal est extinguere; Pag. vel potiùs, extingui; dicitur de igni, lucerna, & omni eo quod ardet, vel lucet; Merc. extinctus est, leviter deletus est; Propriè dicitur de omni materia ardenti, quæ extincta fumum emittit. Est cogn. cum כָּפָה reflexit, deflexit ad restinguendum; Av. כָּבָה significat extingui, deficiente pabulo; de igne, luce, &c. 1 Sam.3.3. & lucerna Dei טֶרֶם יִכְבֶּה nondum erat extincta. Isa.43.17. דוֹעֲכוּ כְּפִשְׁתָּה כָּבוּ compressi sunt, ut linum extincti sunt. Ignis in lino statim ultrò extinguitur. Isa.42.3. linum hebescens לֹא יְכַבֶּה non extinguet; h.e. parvam etiam fidem fovebit; Coc. Occurrit autem ordine Conc. sic, In præt. kal, 3.pl. est כָּבוּ extincti sunt Isa.43.17. & in fut. kal 3.m. & f. sing. ut seq. יִכְבֶּה extinguetur, 1 Sam. 3.3. Prov.31.15. תִּכְבֶּה extinguetur, Lev.6.5,6. 2 Reg. 22.17.2 Chron.34.25. Prov.26.19. Isa.34.10.66.24. Jer. 7.20.17.27. Ezec.21.3,4. In piel, כִּבָּה extinguere, Pag. Bu. delevit, extinxit, Av. Occurrit in præt. piel, 3.pl. cum ו cop. præf. וְכִבּוּ & extinxerunt, 2 Sam.14.7. In part. piel s.m. est, מְכַבֶּה extinguens, Isa.1.31. Jer.4.4.21.12. Am.5.6. Item, in Infin. piel, occ. cum ל præf. ut & cum הַ præf. & Aff. ut seq. לְכַבּוֹת extinguere, Cant. 8.7. כְּכַבּוֹתָהּ in extinguendo te, Ezech.32.7. In fut. piel, à 3. s.m. יְכַבֶּה extinguet; in 2.s.m. est, תְּכַבֶּה extinguas, 2 Sam.21.17. & in 3.s.m. cum נָה Aff. est, יְכַבֶּנָּה extinguet eam, Isa.42.3. Item in 3.pl. fut. piel occ. cum ו conv. præf. וַיְכַבּוּ & extinxerunt, 2 Chron.29.7.

Rad.6. כָּבַל duo habet significata; primum est in nomine כֶּבֶל compes, m. Bu. Coc. compes ferreus; aut catena ferrea, juxta R.D. Pag. Quidam volunt, per Prosonomasiam, dictum à בָּפַל ob duo foramina; vel à vilitate; ut conveniat cum כֶּלֶב canis; literis transpositis; quod quidem curiosius est; Merc. כֶּבֶל copula ferrea qua captivi conjunguntur & connectuntur, vinculum, nexus, &c. Latini quoque copulam aliquando pro vinculo accipiunt, ut Ovidius: Copula detrahitur canibus, i.e. vinculum colli. Plaut. in Epid. posuit quoque copulas pro loris ad colligandum accommodatis, cùm ait; Quæritant me, in manibus gestant copulas. Cognationem habet cum כֶּלֶב, i.e. canis, cui comperunt lora, & copulæ. Item כָּפַל duplicavit, nam ut lora sint fortiora solent duplicari. Hinc Latini acceperunt copula, & verbum copulo, -as, -are: Item copulatio, copulativus. Bis legitur hoc nomen; Av. Occurrit cum בְּ pro הַ præf. sic, בַּכֶּבֶל compede, Psal.105.18. In forma pl. m. כְּבָלִים compedes: unde in forma pl.m. constr. cum בְּ præf. est בִּכְבָלַי compedibus, Psal.149.8. Deinde, 2. signif. ii. hujus rad. est in nomine indè derivato, כָּבוֹל m. quod infructuosum reddit; Bu Conc. vel infructuosa, Jos.19.27. & 1 Reg.9.13. vocatur terra כָּבוֹל inquit R.D. in lib.rad. eò quòd pedes immersos veluti compes, ob multum lutum detineret: aut quia erat arenosa, & consequenter infructuosa, secundum R. Nachman, Pag. Quidam putant Phœnicum linguâ Hiram Tyri regem viginti illas civitates, sibi à Salomone donatas, cùm non placerent, hoc nomine vocasse, quod vilitatem significaret: ut ad nomen canis alludat. Erat in Chaldæa; Merc. כָּבוֹל, Cabul, nomen proprium regionis erat; R.Sal. scribit sic appellatam fuisse, quasi compeditam, i.e. argillaceam, tenacem, & infrugiferam. Mam כָּבוֹל etiam Talmudicè significat לא עכיר פירי, quod non profert fructum: prolixè de hoc nomine, Schab. fol.54. Josephus Antiq.l.8.c.2. scribit, appellata fuit terra ista Chabalon, voce Phœnicum, quæ significat displicentiam, seu id quod displicet; Bu. Lex. כָּבוֹל est nomen regionis lutosæ & infertilis, à luto tenaci, quòd copulatur pedibus ambulantium in ea, Av. Ut in loco 1 Reg. & vocavit eas (civitates) terram Cabul, i.e. lutosam, vel arenosam, Av. כָּבוֹל, nescio an non significet compeditum: quia 1 Reg.9. אֶרֶץ כָּבוֹל diceretur terra compediti, h.e. exercens cultores suos, & magnum laborem requirens, & manum servorum, aut compeditorum, qui ad opus fagris &vi adigantur, qualium in pistrino, in triremibus, in metallis opera oportuna est: Hiram, florens opibus, & navigatione magis delectatus, talem terram sprevit; Coc.

Rad. 7. כָּבַס est, lavare, Pag. vel lavando candidare, Merc. lavit demergendo aliquid abluendum in aquis ad albicandum; candidavit, lavit candidè; propriè significat, lavando candidare instar lanæ nativæ. Est cogn. cum כֶּבֶשׂ, i.e. agnus, à lana nativa & alba: unde Isa.1. si rubuerint peccata vestra instar purpuræ, sicut lana fient, i.e. albescent ut lana: In kal significat lavare secundum artem fullonis: Av. Nam indè fit nomen Toar, vel nomen participiale aut ipsum part. ben. kal, כּוֹבֵס fullo; à lavandis pannis sic appellatus, Pag. quasi lotor, aut candidator: γναφεύς, Marc.9. ubi hujus vocis & thematis significatio pulchrè exprimitur; Merc. In piel כִּבֵּס vel כִּבֵּס lavit, abluit; Bu. Lex. lavit mersando in aquis, Av. Occurrit autem in forma cum Tzere, præt. piel 3.s.m. כִּבֵּס lavit, Gen. 49.11.2 Sam.19.25. & in forma cum sægol in ult. occ. cum ו conv. præf. locis seq. וְכִבַּס & lavabit, Lev.13.6, 34.14.8,9.15.8,11,13,27.17.15. Num.19.7,10,18. ut & in 3.pl. præt. piel, & in 2.pl.m. cum ו conv. præf. ut tique; ut seq. וְכִבְּסוּ & lavabunt, Exod.19.10. Lev.13. 54. Num.8.7. וְכִבַּסְתֶּם & lavabitis, Num.31.24. In part. piel à s.m. מְכַבֵּס lavans, in forma pl.m. est מְכַבְּסִים lavantes, Mal.3.2. In Imper. piel, s.m. כַּבֵּס lava: unde cum נִי Aff. est, כַּבְּסֵנִי lava me, Psal.51.4. & in s. fem. Imper. piel, est, כַּבְּסִי lavato, Jer.4.14. sic & in fut. piel 2.s.

2.ſm.occ.ſimpl. & cum נִי Aff.ut & in 2.ſ. fæm. ut ſeq. תְּכַבְּסִי lavabis, Lev.6.20..13.58. תְּכַבְּסִנִי lavabis me, Pſ. 51.9. תְּכַבְּסֵנִי abluas te, Jer.2.22. & in 3.ſ.m.fut. piel, & in 3.pl.m. occ.cum וְ conv. præf. ut ſeq. וְכִבַּס lavabit, Lev.11.25,28,40..14.47. 15.5,6,7,10, 21, 22.. 16.26, 28..17.17. Num.19.21. וַיְכַבְּסוּ & abluerunt, Exod. 19. 14.Num.8.21. In pual לְכֻבַּס lavari ; Bu.lotus eſt, ablutus eſt, Av.Occurrit cum וְ conv. præf.ſic, וְכֻבַּס & lavabitur, Lev.13.58..15.17. In hophal regulariter eſſet הָכְבַּס vel cum kibbutz pro cametz-chatuph הָכְבַּס ablutus fuit, vel lotus fuit ; unde in Infin. hoph. juxta normam eſſet הָכְבַּס, vel הֻכְבַּס ; ſed Lev. 13.55,56. Occurrit quaſi compoſitum Infinitum ex hophal & hithpael ; ſic, poſt חָכְבַּס ablui, i.e. poſtquam lotum eſt illud ; vel lota fuerit ipſa, ſcil.plaga, Pag.Bu. Poſtquam lota eſt,vel lotum fuerit, &c. Videtur eſſe compoſitum pro הָתְכַּבַּס lotus eſt, 3.ſ.præt. Huthpael, ſive paſſiva forma ex hithpael, lotus eſt,&c. vel eſt compoſitum ex conjugatione tertia paſſiva, ſive hophal,& quarta activa, ſive hithpael, Av. Atque indè nomen כוֹבֵס m.fullo ; quaſi lotor dictus, Bu. Lex. &c. Vide ſuprà ad initium Rad.Occurrit autem locis ſeq. כוֹבֵס fullo, 2 Reg.18.17. Iſa.7.3..36.2.

Rad.8. כָּבַע ; unde nomen radicale כּוֹבַע m.caſſis, caſſidis, ſive caſſida ; i.e. galea; galerus,i.e. pileus rotundus, tiara, mitra ; Pag.Galea, Bu.Lex.Av. galerus, caſſis, pileus ferreus ad capitis munitionem inventus : idem quod קוֹבַע ; Av. περικεφαλαία, ut Iſa. 15. 17. כּוֹבַע יְשׁוּעָה galeam ſalutis ; h. e. ſalute, quam ipſe fecit, & quam paravit Eccleſiæ, munivit ſe, & cum ea profectus eſt in bellum cum hoſtibus ; non vincendus ab ipſis; Cocc. Occurrit autem cum וְ cop. præf. & pathach in ult. ſed in pauſa cum cametz, ut ſeq. וְכוֹבַע & galea, 1 Sam.17.5. Iſa.59.17. Ezech. 27.10. וְכוֹבָע & galea, Ezech.38.5. Item in forma pl.m.occurrit cum וְ & בָ præf. ut ſeq. וְכוֹבָעִים & galeæ, 2 Chron.26.14. בְּכוֹבָעִים galeis, Jer.46.4.

Rad.9. כָּבַר crebruit, percrebruit,inerebruit ; creber & copioſus fuit, multiplicatus eſt crebritate. Eſt cogn. cum עָבַר ſuperavit, prævaluit ; & cum אַבִּיר fortis,robuſtus : hinc Latini per metathefin literarum acceperunt, creber, crebra, crebrum, crebreſco, increbreſco : Item,hinc cribrum, à crebris foraminibus,Av. Non autem occurrit kal in Textu ; de Hiphil verò vide infrà. Radix hæc 5. habet ſignificata ; i.eſt in nomine כַּבִּיר m. validus,-a, -um, multum, Bu.Conevald. de magnum, vel valdè multum, Cocc.eſt nomen Toar, fortis ; magnus ; multus, multiplex ; Pag. copioſus potentiâ & robore. Kimchi notat ad utramque quantitatem referri ; vel,ut ipſe dicit, robur & incrementum ſignificare ; tam in quantitate, quàm in qualitate. אַבִּיר propriè ad robur corporis aut operis pertinet : הֵבֶר ad qualitatem & habitum : אַדִּיר ad quantitatem ; כַּבִּיר verò, quod & בַּאבִּיר, propriè ad multitudinem & copiam ; Merc.Cev. ut Job.8.2. & ſpiritus כַּבִּיר multiplex,(copioſus,ingens, vehemens, Merc.) eloquia oris mei ; Pag. כַּבִּיר eſt validus, validum ; validæ ſive ingentes opes, Bu.Lex.creber, frequens, copioſus, denſus,continuus ; Av. Occurrit autem nomen hoc ſimpl. in ſing.locis ſeq. כַּבִּיר validus,Job.8.2..15,10.. 31.25.. 34.17..36.5. Iſa.16.14. ſed occ.etiam cum Aleph redundante, Iſa.10.13. & faciam deſcendere, i. e. dejiciam, כַּאבִּיר יוֹשְׁבִים plurimum habitantium ; Cocc. Aleph redundat, inquit R.D. in l.Rad. vel eſt dictio compoſita ex כַּבִּיר & אַבִּיר ; & hoc augendæ fortitudinis gratiâ : utrumque enim fortem ſignificat. Sunt qui exponant multitudinem habitantium ; at ſecundum Hebræos eſt nomen Adject. non Subſtant. Vel exponi poteſt, & deſcendere faciam כַּאבִּיר tanquam potens, aut fortis, habitatores ; & ſic deduci poteſt ab אַבִּיר, & caph eſt ſimilitudinis adverbium, ſecundum R.D. ut habes ſuprà in אַבִּיר ; Pag.ibi vide, ſub rad. אָבַר ; Bu. Lex. ſed occ. etiam in forma pl.m.locis ſeq. כַּבִּירִים validi, -dæ, Job.34.24. Iſa.17.12..28.2. Atque indè verbum in hiphil הִכְבִּיר multiplicare, Pag.Bu. Lex. congerere, augere, cumulare, Merc. fecit crebrò ; & ſine Accuſ. crebruit, Av. Occurrit in fut. hiph.3. ſ. m. cum chirek parvo pro chirek magno in ult. ſic, Job. 35.16. verba יַכְבֵּר (pro יְכַבֵּר) multiplicat, in immenſum ſcil.Cocc. abſque ſcientia ſermones crebros faciet. Av. multiplicabit ; Pag.vel congerit, auget,cumulat ; Merc. Atque indè, in part.hiph.ſ.m. מַכְבִּיר multiplicans,Bu.crebreſcens, Av. Occurrit cum לְ præf.ſic, Job.36.31. לְמַכְבִּיר ad multiplicantem, multiplicantis in modum ; h.e. לָרוֹב ut R.Levi explicat ; multiplicitèr, abundè, Bu. Lex. Dat cibum crebreſcenti, i. e. numeroſæ proli ; Av. magnificanti ; τῷ μεγαλύνοντι, ei qui Deum & opus ejus magnificat ; 70. τῷ ἰσχύοντι ; ineptè, Cocc. Alii ſubſtantivè ſumunt pro nomine,præpoſito Mem, & ſic exp. Dabit eſcam לְמַכְבִּיר in multitudine, i.e.copioſè, affluenter ; Pag. Deinde, ii.ſignif. 2. hujus rad.eſt in nomine כְּבָרָה f.quod eſt נָפָה cribrum, Pag. quòd ex multiplicibus funiculis ſit contextum, Merc. cribrum, vannus, Bu.Lex.Inſtrumentum crebris pertuſum foraminibus ad frumenta vel alia purganda ; ſive ex ſetis equorum, ſive ex alia materia confectum, Av.Occurrit cum בַ pro בָּהַ præf. Am.9.9. כַּאֲשֶׁר יִנּוֹעַ quemadmodum agitatur, vel movebitur, pro movetur, concutitur, בַּכְּבָרָה cribro, vanno, vel in vanno ; Pag.Bu. &c. כָּבַר eſt cribrare, apud Rabbinos ; Bu. Lex. Atque indè etiam nomen ſecundum aliam formam cum Mem præfixo ; ſic, מִכְבָּר idem ; cribrum, Pag.Bu. crates, craticula in qua cibi torrentur ; & vocatur ſic à multis ſeu crebris foraminibus inſtar cribri, ſeu retis ; quidam exponunt cancellulos æreos, Av. Hieron. craticulam exponit, Pag.à perplexitate ; erant cancelli ærei circum altare, Merc. crates ; Exod.27.4.5. & facies illi (altari) cratem, inſtar retis ænei, &c. ubi apparet cratem hanc altitudinem habuiſſe & pertigiſſe ad mediatem altaris : confer cap.38. 4,5. Chald. סְרָרָא, quod vertitur cribrum, & reſpondet etiam Hebræo מִכְלָיִם. De eo reti, in כַּרְכּוֹב ; Kimchius ex Talmudiſtis dicit fuiſſe diſcriminando ſanguini ſuperiori & inferiori ; & reti additi erant circuli recipiendis vectibus, quibus portabatur altare ; ergò exterius fuerit, non interius altari ; Cocc. Occurrit autem hoc nomen ſimpl.cum cametz in ult.ſic, מִכְבָּר cribrum, Exod.27.4.. 38 4. ſed in forma conſtr.eſt cum pathach in ult. & occ. ſimpl.& cum לְ præf. ut ſeq. מִכְבַּר cribrum,Exod.35.16..38.30.. 39.39. לְמִכְבַּר ad cribrum, Exod.38.5. Item, iii. ſignif. 3.hujus rad. eſt in nomine כְּבִיר m. pulvinar, Bu. Lex. tegumentum ex feris & durioribus pilis animalium conſutum,

ſutum, habens crebra foramina, ſtragulum, vel ſtragula, genus veſtis, & pro opertorio lectorum in quo antiqui dormiebant, Av. Pulvinar, Bu. Conc. 1 Sam. 19. 13. וְאֵת כְּבִיר הָעִזִּים & pannum caprarum (i.e. è lana aut pilis caprarum juxta R.D.) poſuit ad caput ejus; Pag. tegumentum erat, ſeu ſtragulum ex multiplicibus pilis contextum; & prout Kimchi vult, ex lana caprina factum, Merc. & ſtragulum caprorum poſuit capitalia ejus, i.e. pro cervicale ejus; Av. 70. ὑπὲρ τῶν αἰγῶν, quaſi eſſet à כָּבַר; quis ſentiat, eos ità ſcriptum inveniſſe, & non potiùs (ut alibi etiam ſæpiſſimè) hariolatos eſſe? Kimchi explicat per כַּר שֶׁל צֶמֶר עִזִּים pulvinar vel culcitram ex lana caprina, Cocc. Occurrit etiam ibid. cum וּ cop. præf. verſ. 16. וּכְבִיר & pulvinar, &c. Bu. Conç. Atque indè etiam nomen ſecundum aliam formam cum Mem præfixo, מַכְבֵּר m. ſtragula, Bu. Lex. pannus, Pag. craſſus ſcil. & villoſus, ex multiplicibus pilis contextus; veſtis denſa, tegmen lectorum ex pilis caprarum factum, Merc. ſtragulum ex ſetis contextum, habens crebra foramina, Av. Occurrit, 2 Reg. 8. 15. cum הַ dem. præf. & tulit הַמַּכְבֵּר pannum, & intinxit in aquam, expandit que ſuper faciem ejus; Hieron. ſtragulum; R.D. pannum, groſſum ſcil. Pag. & craſſum, i.e. pannoſum. Kimchi nomen Hebræum primùm exponit כָּר pulvinum vel culcitram, ſuper quam cubatur; quod poſtea exp. בֶּגֶד עָב veſtem denſam; Merc. & factum eſt, &c. ut acciperet ſtragulum & intingeret in aquam, &c. Av. Fortè culcitra notatur, ut ſit idem cum præced. כְּבִיר; 70. (ignorantes, ut videtur, quid eſſet, Hebræum retinuerunt) τὸ μαχβὰρ, Cocc. Deinde, iv. ſignif. 4. hujus rad eſt in nomine כְּבָרָה f. ſpatium aliquod terræ, Bu. Conc. milliare, Pag. Bu. Alii ſtadium, alii, jugerum: quidam funiculum terræ, velut paratæ ſarculo ferrato, ſeu paraſangam. Abſolutum ſunt qui faciant כְּבָרָה; quod ſuprà poſitum eſt in alia ſignificatione, Merc. miliare, jugerum arvi, ſpatium terræ quantum confici poteſt poſt unum paſtum; Av. Occurrit in forma conſtr. Gen. 35. 16. 48. 7. & 2 Reg. 5. 19. ſic, כִּבְרַת הָאָרֶץ miliare terræ ad veniendum in Ephrath. Dicunt enim Sepulchrum Rachel per unum miliare diſtare ab Ephrath, ut inquit R.D. in l. rad. & ſecundum illum Caph eſt litera deſerviens, & radix eſt בָּרָה: ibi vide diverſas expoſitiones; Pag. R. Sal. ſcribit, Gen. 48. 7. eſſe menſuram terræ bis mille paſſuum ſcil. minorum, quale erat iter Sabbathi; Kimchi in l. Rad. putat Caph eſſe ſervile, ac thema eſſe בָּרָה, & ſignificare ſpatium viæ, quantum homo conficit à mane uſque ad paſtum. Quidam ſpatium exiguum exp. ut jugerum, ſtadium, &c. Bu. Lex. Kimchi explicat per מִיל miliare, & putat eſſe vocem compoſitam. Quidam dicunt eſſe bis mille paſſus, Cocc. Denique, v. ſignif. 5. hujus rad. eſt in voce כְּבָר vel, כְּבָר jam, Pag. Bu. temporis particula, ac ferè præteriti, Bu. Lex. ſignificat temporis prioris connexionem ad præſens, & præſentis ad futurum; ut quidam inquiunt; ſed præterirum tempus ſemper deſignare videtur; Merc. כְּבָר crebrò, frequenter; Judæi exponunt, nunc, jam, & aliquando antea; Av. ἤδη, jam: particula eſt, & videri poteſt compoſita, q.d. pro claro, ex כְּ & בָּר, Cocc. Occurrit Eccl. 1. 10. כְּבָר הָיָה, &c. jam fuit in ſecula, Pag. crebrò, fuit oli m, Av. Sic & cap. 2. 12. & 3. 15. quem locum Kimchi exp. id quod jam fuit diebus antiquis, nunc eſt. Sic 2. 16. cum בְּ praf. בְּשָׁכְבָר exponit, in eo quod jam fuit; Item & quod futurum eſt diebus ſubſequentibus, omnia oblivione delentur, &c. quia כְּבָר, juxta illum, non niſi de præterito dicitur. Sed ego etiam de præſenti dici putarem; nè accentuum diſtinctioni vim afferamus. Priorem locum expono ſimpliciter, id quod fuit, jam eſt; poſteriorem, eò quòd jam diebus ſubſequentibus omnia oblivioni traduntur. Ab. Ezra כְּבָר his locis pro הֵן ecce, exponit; ut ſæpè apud Doctores ſumitur velut expletivè, ſed ſequerer genuinum ſignificatum; Merc. בְּשָׁכְבָר expono, quandoquidem quæ jam ſunt, &c. compoſitum enim eſt ex Beth pro בַּעֲבוּר propterea, & שׁ pro אֲשֶׁר quæ, & voce hâc כְּבָר; Bu. Lex. Sed eſt etiam כְּבָר proprium nomen fluvii, ſeu amnis aut fluminis, Pag. Av. in Chaldæa ſcil. Ezech. 1. 1. Forſan nomine ducto ab aquarum copia, nam fluminibus abundat ea regio, ut ex initio Pſal. 137. colligi videtur; Merc.

Rad. 10. כָּבַשׁ eſt ſubjicere, ſubjugare; capere vi ac violentiâ, Pag. ſubegit, ſubjecit, ſubjugavit, domuit, Bu. Lex. Av. ſubdidit, peſſum dedit, redegit ſub ditionem, ſeu dominium. Eſt cogn. cum כָּפַשׁ dejecit, & cum כָּבַס lavit; nam fullones ſolent pelles excoriatas demergere, & aquis ſubjicere, ut puriùs laventur; Av. Occurrit in præt. kal, 3. pl. cum וְ cop. vel conv. ſic, Zach. 9. 15. וְכָבְשׁוּ אַבְנֵי קָלַע & ſubegerint, Bu. Pag. vel, & ſubjicient lapidibus fundæ; R. Jona exp. & ſubjicient hoſtes lapidibus fundæ, Pag. aut contrario ſenſu, & ſubjicient, ſeu capient viros lapidum fundæ; q.d. fundibularii capientur, nec eruent eos; vel fundibularios capient, ità ut eos non eripiant, lapide ſcil. fundarum, & ſanè rectius eſt lapides in Accuſativo intelligi, ſicut & in Comment. exponit per lapides fundæ, Græcos intelligens, per contemptum; ut contrà, lapilli coronæ dicuntur ibidem Iſraelitæ; Merc. ut comedant, & ſubigant lapides fundæ; Av. & compriment lapides fundæ; i.e. facient, ut in caſſum cadant, h.e. σβέσαι ὀϊστὸς πεπυρωμένους, Eph. 6. 16. refiſtent tentationibus Satanæ; Cocc. In part. ben. kal כּוֹבֵשׁ ſubjiciens, unde in pl. m. eſt, כּוֹבְשִׁים ſubjicientes, Neh. 5. 5. In Infin. kal occ. cum ל præf. ut ſeq. לִכְבֹּשׁ ſubjicere, 2 Chro. 28. 10. לִכְבּוֹשׁ ſubigere, Eſth. 7. 8. In Imper. kal, ſ. m. כְּבוֹשׁ ſubige: unde in pl. m. כִּבְשׁוּ ſubigite: ſed cum וְ cop. præf. eſt cum kibbutz pro ſchurek ante הָ Aff. ſic, וְכִבְשֻׁהָ & ſubigite eam, Gen. 1. 28. In fut. kal, occ. in 3. ſ. m. & in 2. pl. m. cum וְ conv. præf. ut & in 3. pl. m. cum וְ conv. & מ Aff. ut ſeq. יִכְבּוֹשׁ ſubiget, Mic. 7. 19. וַיִּכְבְּשׁוּם & ſubegeſtis, Jer. 34. 16. וַיִּכְבְּשׁוּם & ſubegerunt eos, Jer. 34. 11. Niphal נִכְבַּשׁ ſubigi, Bu. ſubactus eſt, ſubjectus eſt, Av. unde in 3. ſ. f. præt. niph. occ. ſimpl. & cum וְ cop. ut ſeq. וְנִכְבְּשָׁה ſubjecta, domita fuit, Joſ. 18. 1. וְנִכְבְּשָׁה & domita fuit, Num. 32. 22, 29. 1 Chron. 22. 18. In part. niph. נִכְבָּשׁ ſubjectus, & in f. נִכְבָּשָׁה ſubjecta: unde in forma pl. f. eſt נִכְבָּשׁוֹת ſubjectæ, Neh. 5. 5. In piel eſt activum, ut in præt. 3. ſ. m. כִּבֵּשׁ ſubjecit, 2 Sam. 8. 11. Deinde, ii. ſignif. 2. hujus rad. eſt, in no. כֶּבֶשׁ m. quod eſt מַדְרֵגָה gradus, inquit R.D. Pag. Clivulus, Bu. Conc. & Lex. altiori ſcil. loco ſubjectus, Bu. Lex. Quidam ſubſellium, quaſi ſubjectum, Merc. ſcabellum quod ſubjicitur pedibus, & in quo ſedent ſubacti prælio; Av.

Suppe-

Suppedaneum, Cocc. Occurrit cum ו cop. 2 Chron. 9. 18. וְכֶבֶשׁ & clivulus, ſeu gradus ex auro, erat ſolio; Pag. & ſubſellium aureum; Av. & ſic in Miſnah, aſcendit בְּכֶבֶשׁ per gradum. Et non erat factus, inquit R. D. ex gradibus lapideis aut ligneis, quorum unus eſt ſuper alterum; ſed gradus unus ſeu aſcenſus tantùm acclivis, & ibat aſcendebátque à pavimento uſque ad locum per quem ad illum aſcendebant; idcirco faciebant altari כֶּבֶשׁ, nam non erat fas ut illi gradus facerent; ſicut ſcriptum Exod. 20. 26. & non aſcendes per gradus. Et gradus (ſeu aſcenſus iſte qui dicitur כֶּבֶשׁ Merc. Cev.) ſolii erat ante gradus junctus pavimento, & aſcendebant ex illo ad gradus. Et quod dicitur ibi מְאֻחָזִים tenti, ſeu adhærentes, reyertitur ad הַמַּעֲלוֹת gradus qui tenebantur in ſolio, & hærebant illi, Pag. Merc Cev. Vide in rad. אָחַז; Cocc. Item, iii. ſignif. 3. hujus rad. eſt in nomine, כִּבְשָׁן m. fornax; propriè lateraria, Bu. Lex. fornax in qùa coquuntur lapides in calcem, & vaſa teſtacea, & id genus, Pag. ubi autem coquitur panis, eſt חַנּוּר clibanus, quod vide in rad. חָנַר. Dicitur autem fornax כִּבְשָׁן à ſubjectione, quòd ſit in ſubjecta parte, juxta quoſdam. Merc. fornax calcaria, ſubactâ terrâ, clibanus; propriè, fornax in qua coquuntur lapides & vaſa teſtacea. Componitur ex כָּבָה extinctus eſt, & עָשָׁן fumavit; nam ignis extinctus emittit fumum magnum aſcendentem ſurſum, & fornax calcaria ſemper fumat; Av. כִּבְשָׁן eſt fornax ſeu furnus, Cocc. Occurrit autem ſimpl. & cum ה dem. præf. ut ſeq. כְּבָשָׁן fornax, Exod. 9. 8. הַכִּבְשָׁן fornax, Gen. 19. 28. Ex. 9. 10.. 19. 18.

Rad. II. כֶּבֶשׁ m. cum puncto, in ſiniſtro cornu Sin, eſt agnus anniculus; Pag. idem etiam eſt כֶּשֶׂב infrà, literis tranſpoſitis, Merc. Nam ab anno & ultra vocatur אַיִל aries, ut R. D. inquit Pag. כֶּבֶשׂ eſt agnus, ovis, Bu. Lex. agnellus; idem quod כֶּשֶׂב, & propriè ſignificat fœtum ovis qui nondum eſt egreſſus annum. Cogn. cum כָּבַשׂ ſubegit, & כָּבַם lavit candidé: nam agni ſunt domabiles & facilè ſubigi poſſunt, quorum lana nativa plerumque eſt candida; Av. Chriſtus per agnum adumbratus fuit: partim, quia peccatum factus eſt, & pro peccatore judicatus eſt ab hominibus; (nam ovis præbet parabolam ad ſignificandam aberrationem; Iſa. 53. 6. 1 Pet. 2. 25.) partim, propter patientiam, Iſa. 53. 7. Cocc. Occurrit autem nomen hoc ſimpl. locis ſequent. כֶּבֶשׂ ovis, agnus, Lev. 3. 7.. 4. 32.. 12. 6.. 14. 21, 24, 25.. 23. 12. Num. 6. 12, 14.. 7. 15, 21, 23, 27, 39, 48, 51, 57, 63, 69, 75, 81. Iſa. 11. 6. & cum וְ, הַ, וַ, כְּ & לְ præf. ut ſeq. וְכֶבֶשׂ & agnus, Lev. 9. 2. וְכֶבֶשׂ & agnum, Exech. 46. 13. הַכֶּבֶשׂ agnum, Exod. 29. 39, 41. Lev. 14. 12, 13. Num. 28. 4, 8. Ezech. 46. 15. כַּכֶּבֶשׂ velut agnus, Jer. 11. 19. Hoſ. 4. 16. לַכֶּבֶשׂ ad agnum, Exod. 29. 40. Num. 15. 5.. 28. 7, 13, 14, 21, 29.. 29. 4, 10, 15. ſic in forma pl. m. occurrit locis ſeq. כְּבָשִׂים agni, Exod. 29. 39. Lev. 14. 10.. 23. 18, 19, 20. Num. 7. 17, 23, 29, 35, 41, 47, 53, 59, 65, 71, 83, 87, 88.. 28. 3, 9, 11, 19, 27.. 29. 2, 8, 13, 17, 20, 23, 26, 29, 32, 36. & in 1 Chron. 29. 21. 2 Chron. 29. 32.. 38. 7. Ezr. 8. 35. Prov. 27. 27. Iſa. 5. 17. Ezech. 46. 4, 6. cui etiam וּ, הַ, בַּ, & וַ ſunt præf. ut ſeq. וּכְבָשִׂים & agni, 2 Chron. 29. 21. Iſa. 11. 11. הַכְּבָשִׂים ex ovibus vel agnis, Exod. 12. 5. Num 4. 10.. 28. 21.. 29. 29. 2 Chron. 29. 22. בַּכְּבָשִׂים in ovibus, Num. 15. 11. וְלַכְּבָשִׂים & agnis, Num. 29. 18, 21, 24, 27, 30, 33, 37. Ezech. 46. 5. 7, 11. In forma pl. m. conſtr. eſſet כִּבְשֵׁי, ſed cum י Aff. eſt, כְּבָשַׁי agnorum meorum, Job, 31. 20. Atque indè, i. No. כִּבְשָׂה f. agna, agnicula quæ annum non exceſſit, & expers eſt coitus; Av. Occurrit cum ו cop. præf. ſic, וְכִבְשָׂה & ovis, agna, Lev. 14. 10. Num. 6. 14. Et 2. indè etiam No. כִּבְשָׂה f. idem; agna, agnicula, quæ unius anni ſpatium nondum exceſſit, nec ad concubitum eſt admiſſa; Av. occ. ſimpl. & cum ה dem. præf. כִּבְשָׂה agna, 2 Sam. 12. 3. הַכִּבְשָׂה agna, 2 Sam. 12. 6. & in forma f. f. conſtr. eſt, כִּבְשַׂת agnam, 2 Sam. 12. 4. Item, in forma pl. f. abſol. eſt, כְּבָשׂוֹת agnæ, Gen. 21. 29, 30. ſed in forma conſtr. pl. f. eſt, כִּבְשׂוֹת agnæ, Gen. 21. 28.

Rad. 12. כָּרַר rutilavit, canduit inſtar tædæ ardentis. Eſt cogn. cum קָרַר accenſus eſt: hinc Latinum candere. Verbaliter autem non legitur hæc radix. Sed indè nomen כִּירוֹר m. ſcintilla, favilla, Pag. Bu. Av. Candor ignis; tæda, titio, Av. In forma pl. m. כִּירוֹרִים & in conſtr. כִּירוֹרֵי ſcintillæ, Job. 41. 10. vel כִּירוֹרֵי אֵשׁ יִתְמַלָּטוּ ſcintillæ ignis egredientur; Hieron ſicut tædæ ignis accenſæ, Pag. Quidam à כָּרַר deducentes, in pluraſi tantùm num. inſtrumenta, ſeu vaſa eſſe putant in quibus capitur ignis. Sed Hebræi exponunt נִיצוֹצִים ſcintillas. Sic & nomen כַּר à capiendo deflectunt; vaſis ſcil. nomen, quod & Græcè & Latinè idem retinet, ⊖ cadus. Et poteſt alicubi urceus vel amphora reddi: & fuit etiam menſuræ genus, Merc. Nam ii. ſignif. 2. hujus rad. eſt in nomine illo, ab ea derivato, viz. כַּר hydria, lagena, cadus Pag. Bu. Av. urceus, Av. Cocc. vas teſtaceum quo hauritur aqua & quo olim titiones ardentes ſeu lampades & tædæ geſtabantur. Eſt nomen com. generis: atque hinc ⊖, ⊖, cadus, &c. Av. Cocc. Occurrit autem hoc nomen pro cado, locis ſeq. כַּר cadus, 1 Reg. 17. 14, 16. Item pro Hydria, Eccl. 12. 7. vel 6. & conteretur כַּר hydria ſuper fontem, & conteretur rota ſuper ciſternam: & ut inquit R. D. in l. rad. indicat ventrem qui findetur; & dixit, ſuper fontem, indicans ſepulchrum, quemadmodum dixit, & conteretur rota ſuper ciſternam: ut enim הַכַּר hydriam ad fontem deferunt, qui eſt locus ejus, ſic eſt locus hominis ſepulchrum, aut in ſepulchro: & ibi ſcindetur venter ejus; pag. Sed occurrit etiam cum בַּ pro בְּהַ præf. בַּכַּד in cado. 1 Reg. 17. 12. ut & cum cum ךָ Aff. cui & כְּ eſt præf. כַּדֶּךָ hydriam tuam, Gen. 24. 14. מִכַּדֵּךְ ex hydria tua, Gen. 24. 16, 43. ſicut etiam cum הָ Aff. cui & וְ cop. eſt præf כַּדָּהּ hydriam ſuam, Gen. 24. 16, 18, 20, 34. וְכַדָּהּ & hyd. ejus, Gen. 24. 15, 45. ſicut etiam in forma pl. m. occ. ſimpl. & cum ו cop. & ה dem. præf. ut ſeq. כַּדִּים hydriæ, 1 Reg. 18. 34. וְכַדִּים & hydrias, Jud. 7. 16. הַכַּדִּים hydriæ, Jud. 16, 19, 20. Atque hinc etiam ad hanc radicem, quidam reducunt Nomen, כַּרְכּוֹר m. pyropus; lapis pretioſus, quaſi ſcintillans dictus; primâ radicali geminata; Bu. Lex. Videtur eſſe gagates, lapis pretioſus, qui ignem candentem, in lanternis, alit, ſolo oleo exunguibilem; Av. כַּרְכּוֹר eſt gemma, ut videtur, ſcintillans; à כִּירוֹר; Iſa. 54. 12. & ponam כַּרְכּוֹר chryſtallina ſpecularia tua; Cocc. & ponam feneſtras tuas gagatem; &c. Sic & Ezech. 27. 16. & gagatem dabit in negotiationibus tuis, &c. Av. Alii inter quadratas voces ponunt; ubi vide. [כָּרַב Chald. mentiri, &c. ut &, כְּרִי, & כְּרָנָה &c. Chald. Videantur in Conc. & Lex. Chald..]

Rad.

Rad.13. כָּדַר inde, כַּדּוּר m. pila, acies militum; Bu. Lex. globus, ſphæra, pila; Cocc. Trochus, à rotunditate; habet enim formam inſtar globuli ſeu pilæ; Av. Occurrit Iſa.22.18. יְצַנֶּפְךָ צְנִיפָה כַּדּוּר gyrabit te pilam; Cocc. circumligando circumligabit te faſciâ, veluti trochum, ad terram ſpatioſam; Av. כָּדַר, pro כְּכַדּוּר, deficit enim Caph ſimilitudinis, inquit R.D. ſicut pilam, ad terram latam locis; &c. & ſic, 29.3. & caſtrametabor, כַּדּוּר pro, כְּכַדּוּר, ſicut pila, i.e. in gyro, adverſum te; vel deficit ב, beth deſerviens, inquit idem, pro, in pila; i.e. acie aut caſtris; Hier. & circumdabo te quaſi ſphæram; Pag. וְחָנִיתִי כַדּוּר עָלַיִךְ & caſtrametabor pilâ, contra te; i.e. pilatâ acie; Bu.Lex. & caſtrametabor, i.e. circumvallabo inſtar trochi, contra te; Av. & metabor (in) orbem contra te: Cocc. Atque inde, No. כְּדוּר, m. idem; Bu. Lex. pila [illegible]g. pilata acies militum; Bu.Conc.ut Job. 15.24. Occurrit cum ל præf. ſic, terrebunt eum tribulatio, & anguſtia; prævalebit ei, כְּמֶלֶךְ עָתִיד לַכִּידוֹר tanquam rex paratus ad pilam; Pag. Sphæram, vel globum hominum, ſeu cohortem quidam exponunt; ſicut rex imminet cohorti; & putant literam Caph adjectam per Trotheſin, & radicem eſſe דור; ſicut & præcedentis nominis in Jeſaiah. Sed ſatiùs eſt Caph eſſe radicale; Merc. R. Sahadjah, exponit de הַגַּלְגַּל rota, (ſeu potius Sphæra, Merc.) quæ circuit, & gyrat ut pila; Pag. Sphæram certè cœleſtem, i.e. גַּלְגַּל videtur intelligere, quæ aſſiduè circumagitur; Merc. ac ſi dicat, quòd anguſtiæ iſtæ circumdabunt eum ſemper, quemadmodum rota, (vel, potiùs ſphæra, Merc.) parata eſt jugiter, abſque ceſſatione, ad circumeundum. Alii autem exp. ad pilam, i.e. ad prælium; q.d. ad circumeundum prælium; tunc enim rex in globum, ſeu circuitum, ſuos congregat milites; ſic circumdabit eum terror aut turbatio; ut acies belli diſponitur in circuitum; & caſtra etiam ſunt plerumque rotunda; unde 1 Sam.26.5. dicitur, & Saul dormiebat בַּמַּעְגָּל in caſtris; quod nomen à rotunditate deductum eſt, ut ſuo dicetur loco; Pag. ut rex inſtructus in acie; q.d. circumvallatus exercitu. An, ut Rex paratus aciei, ad invadendum; ſic 70. videntur accepiſſe; Cocc. paratus ad aciem; Bu. Lex. כִּידוֹר eſt, Cidaris, quæ capiti circumligatur in modum globi; qua olim utebantur reges; Radix inuſitata eſt, כָּרַר, quæ cognationem habet cum כָּתַר, i.e. circumcinxit; coronavit; hinc, κίδαρις, Cidaris, capitis tegmentum, quod in modum trochi caput ambiebat circumvolvendo, &c. Ità, Av. hanc vocem pro radice explicat; & locum, Job.15.24. exp. & anguſtia vallabit eum, ut regem incumbentem cidari, &c. Vocemque præcedentem, כַּדּוּר ex hac deducit, Av.

Rad.14. כָּהָה, ut inquit R.D. eſt קָמַשׁ, rugavit, i.e. rugas contraxit; Pag. vel potiùs, rugatus eſt, in rugas contractus eſt; Merc. Item עָצַר reſtrinxit; prohibuit: חָלַשׁ debilitavit, vel debilitatus eſt; רָפָה remiſit, aut remiſſus fuit; negligens fuit; Pag. Sunt qui obſcurum, vel turbidum eſſe exponant: ut כָּאָה ad animum, & כָּהָה ad dentes pertinet, ſic כָּהָה viſui, ſeu oculis propriè convenit; metaphoricè tamen & rebus aliis tribuitur; & eſt propriè, contrahi velut in rugas; Merc. כָּהָה caligavit; propriè eſt contrahi, ſtringi, ut fit, humore exhauſto: rugari, rugas contrahere, Bu. Lex. caligavit, obſcurus fuit, caliginoſus fuit; ſemper ferè ad corpus referrur: & eſt cogn. cum כָּאָה obſcuratus eſt, quod ferè ad animum refertur; item ad כָּוָה aduſtus eſt; nam omne aduſtum contrahit ſibi colorem nigriorem. Hinc χόομαι caliginoſo oculo, atque iratus aſpicio, Av. כָּהָה eſt, hebeſcere; Cocc. caligare: ſtringi, contrahi, corrugari, Bu.Conc. Occurrit in 3.ſ.f. præt.kal, כָּהֲתָה caligavit, Deut.34.7. & in Infin.kal eſt, כָּהוֹת caligando, Zach.11.17. Item in fut.kal occ.in 3.ſ. m. & f.ut ſeq. יִכְהֶה caligabit, obſcurus erit, Iſa.42.4. תִּכְהֶה caligabit, Zach.11.17. Item in 3.ſ.f. fut. kal cum ו conv.præf.pro וַתִּכְהֶה occurrit per Apocopen 3. Rad. He: (cui ſimile vide in גָּלָה, Bu. Lex. Cocc.) ſic, וַתִּכְהֵ & caligavit, Job.17.8. & in 3. pl. f. תִּכְהֶינָה caligabunt, pro quo cum ו conv. præf.occ. defectivè abſque He in fine; ſic, וַתִּכְהֶיןָ & caligarunt, Gen.27.1. In piel ſignif. caligavit vehementer & aſſiduè, Av. ut in 3.ſ.m. præt.piel, כִּהָה corrugavit, contraxit frontem, coercuit, repreſſit, 1 Sam.2.13. & in 3.ſ.f. præt. piel occ. cum ו conv. præf. ſic, וְכִהֲתָה & contrahet ſe, Ezech.21. 7. Atque indè nomen Toar, ſive Adject. כֵּהָה f. ſtrictum, contractum, Lev.13.56. vel ſubſtantivè, contractio, retractio, Nah.3.19. Bu.Lex. obſcura, caliginoſa, caligans; vel caliginoſe ſcintillans; vel in abſtracto exp. pro ipſa caligine; Av. Eſt nomen fæm. tanquam ex maſc. כֵּהֶה hebeſcens; prout dicitur de lino, cujus flamma hebeſcit, Iſa.42.3. Cocc. Occurrit autem ordine Conc. ſic, כֵּהֶה ſtrictum; contractum; contractio, Lev. 13.6, 21, 26, 28, 56. Iſa.42.3. 61.3. Nah.3.19. unde in forma pl. f. eſt כֵּהוֹת Lev.13.39. contractæ, Bu. rugoſæ, Pag. caliginoſæ, maculæ ſcil. velpapulæ; Av. Sed occurrit etiam in, 1 Sam.3.2. ſic, הֵחֵלּוּ כֵּהוֹת & oculi ejus incipiebant hebeſcentes, ſeu caligantes; i.e. caligabant in initio caligationis: ſimilis ſyntaxis 1 Tim.5.13. μανθάνουσι περὶ ἀργούς, Cocc. & oculi ejus cœperunt כֵּהוֹת rugoſi; ubi ſubaudiur לִהְיוֹת eſſe, juxta R. D. vel eſt makor, ſeu infin. i.e. rugari ſeu in rugas contrahi; Hieron. caligare: & tertio ponitur vice camerz nam ſecundùm normam eſſet כֵּהוֹרֵת, inſtar רָאוֹרֵת, אָלוֹרֵת, &c juxta eund. R. D. Pag. vel, ſine ulla permutatione erit Makor Piel, Cev. nam regulariter כֵּהוֹרֵת eſt infin. Piel, caligare, Bu. Lex. Sed ut dictum, in ſing. כֵּהָה eſt etiam ſubſtant. ruga, &c. ut in loco cit. Nahum.3.19. non eſt כֵּהָה ruga, reſtrictio, contractio contritioni tuæ: quum enim Plaga, aut contritio propinqua fuerit ſanitati, rugat, ſeu in rugas contrahitur & reſtringitur caro: Hieron. non eſt obſcura contritio tua, Pag. non eſt caligo ad contritionem tuam, i.e. nemo condolet; 70. ἴαμα, Av. non eſt mitigatio fracturæ tuæ; ad verbum, hebetatio, ut minus ſcil. acris ſit ac vehemens. Sed Iſa.61.3. adjectivè ſumitur, indumentum gloriationis, pro רוּחַ כֵּהָה ſpiritu hebete, h.e. animo perculſo & alacritate privato, Cocc. pro ſpiritu reſtricto ſeu breviato, i.e. debili; Hieron. mœroris, Pag. alii obſcuro, i.e. perturbato, eodem ſenſu; Merc. [כָּהַל poſſe, vide in conc. Chald.]

Rad.15. כָּהַן non occurit in kal, ſed in Piel, כִּהֵן eſt fungi ſacerdotio, miniſtrare in ſacris, Pag. rem ſacram peragere, ordinari ſeu conſtitui ad ſacra peragenda: uno verbo Græcis ἱερατεύειν, quo & Paulus utitur. Dicunt & λειτουργεῖν. Quidam curioſius faciunt affine verbo כּוּן; quòd ritus certitudinem denotet. Kimchi exponit,

nit, ministrare in magnitudine, seu dignitate; nam כֹּהֲנִים sacerdotes erant ministri Domini & primi in populo. Et Kimchi existimat id quod dicitur Exod. 19. sub finem, de sacerdotibus appropinquantibus Domino, non tam de filiis Aharon dici quàm de primogenitis, per quos tunc Domino ministrabatur. Et omnis, inquit, Minister dicitur כֹּהֵן; quod Elias ad Divinum refert ministerium, sive veri Dei, sive idolorum, non aliàs ad quodvis ministerium. Vide infrà. Neque enim semper Ecclesiastici ministerii nomen est; sed aliquando dignitatis & honoris. Chaldæus nunc Hebræum nomen retinet, כָּהֲנָא, nunc מְשַׁמְּשׁ ministrum vertit, aliquando רַבָּא principem, seu antistitem. Aliquando כּוּמָרָא; ubi de idolis est mentio; Merc. כֹּהֵן sacerdotem egit, sacerdotio functus est; Bu. Lex. functus est sacerdotio, administravit in sacris, minister fuit, ministravit; est verbum neutrum, & cum Accus. seu affixo, transitivum fit; hinc, κοτία, διακονία administro infacris, διάκονος minister, sacerdos, Diaconus; διακονία ministerium; κοσήτης minister, &c. Cognationem habet cum כוּן paravit, stabilivit; nam sacerdotium est ministerium à Deo institutum & stabilitum, Av. Occurrit autem in præt. piel, 3. s.m. simpl. & cum ו conv. præs. ut & in 3. pl. cum ו conv. ut seq. וַיְכַהֵן sacerdotem egit, 1 Chron. 6. 10. וְכִהֵן & sacerdotio fungetur, Exod. 40. 13. וְכִהֲנוּ & sacerdotio fungentur, Exod. 28. 41. 40. 15. Item in Infin. piel occ. cum ל præf. cui etiam י est Aff. ut & cum מ præf. ut seq. לְכַהֵן ad sacerdotio fungendum, Exod. 29. 1, 44. 30. 30. 31. 10. 35. 19. 39. 41. Lev. 7. 35. 16. 32. Ezech. 44. 13. לְכַהֲנוֹ ad sacerdotio fungi ipsum, Exod. 28. 1, 3, 4. מְכַהֵן à sacerdotio fungi, 2 Chron. 11. 14. Hos. 4. 6. sicut etiam in fut. piel occ. in 3. s.m. simpl & cum ו conv. præs. ut & in 3. pl. m. cum ו conv. ut seq. יְכַהֵן sacerdotem agit, Isa. 61. 10. וְיִכְהַן & sacerdotio functus est, Num. 3. 4. Deut. 10. 6. וְיִכְהֲנוּ & sacerdotio functi sunt, 1 Chron. 24. 2. Atque indè nomina, i. כֹּהֵן m. sacerdos, Pag. Bu. &c. Gen. 14. 18. q. d. sacris serviens, sacra ministrans; Horum primarius dictus fuit הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל sacerdos maximus, vel summus, & typum gerebat Christi sacerdotis, sanguine suo abluentis peccata, Num. 32. 25. & deinceps. Maximus dictus est propter quinque res: primò, quòd maximus fuerit בְּחָכְמָה sapientiâ: 2. בְּכֹחַ robore, propter oblationem & agitationem sacrificiorum: 3. בְּנִוי pulchritudine; 4. בְּעוֹשֶׁר divitiis: 5. בְּשָׁנִים annis. In Vaijkra rabba, Glossâ magnâ in Levit. Sect. 26. ad Lev. 21. 11. Hinc præterea extenditur ad Primarios ministros in politicis, quomodo & in Targum tunc redditur רַבָּא princeps, & pluraliter רַבְּרְבִין principes, magnates. Tunc est præses, præfectus, satrapa, gubernator, ut Gen. 41. 45. Exod. 2. 16. & 3. 1. Job. 12. 19. 2 Sam. 8. 18. 20. 26. 1 Reg. 4. 5. De sacerdotibus idololatris dictum, in Targum redditur כּוּמָר de quo vide in כֹּהֵן; Bu. כֹּהֵן est sacerdos, minister Ecclesiæ, administrator in sacris officiis, presbyter, diaconus, Av. Occurrit autem in forma simplici locis seq. כֹּהֵן sacerdos, Gen. 14. 18. 41. 45, 50. 46. 2. Ex. 3. 1. 18. 1. Lev. 6. 16. 21. 9. 22. 10, 12, 13. Jud. 18. 19. 1 Sam. 2. 35. 14. 3. 2 Sam. 20. 26. 1 Reg. 2. 27. 4. 5. 2 Reg. 11. 18. 25. 18. 2 Chron. 13. 9. 15. 3. 19. 11. 23. 17. 24. 12. 26. 20. Ezr. 2. 63. Psal. 110. 4. Isa. 28. 7. Jer. 6. 13. 8. 10. 14. 18. 23. 11, 33. 29. 26. 52. 24. Lam. 2. 20. Ezec. 44. 21. Hos. 4. 4. Am. 7. 10. Zach. 6. 13. Mal. 2. 7. Item cum ו cop. præf. וְכֹהֵן & sacerdos, Lev. 22. 11. Lam. 2. 6. sed cum ה dem. præf. multò frequentiùs; sic, הַכֹּהֵן sacerdos, -otis, -otem, &c. Exod. 31. 10. 35. 19. 39. 41. 29. 30. 38. 21. Lev. 1. 7, 9, 12, 13, 15, 17. 2. 2, 8, 9, 16. &c. ad Zach. 3. 1, 8, 11. in 350. circ. l. Item cum הַ præf. occ. locis seq. & sacerdos, Lev. 5. 16. 6. 15. 7. 8. 21. 10. Jud. 18. 17. 2 Reg. 12. 11. Jer. 23. 34. ut & cum בְּ, לְ, לַ, & מִ præf. ut seq. כַּכֹּהֵן sicut sacerdos, Isa. 24. 2. Hos. 4. 9. לְכֹהֵן in sacerdotem, Jud. 17. 5. 1 Chron. 29. 22. Jud. 17. 12, 13. 18. 4. 1 Sam. 2. 28. לְכַהֵן sacerdoti, Lev. 5. 13, 16. 7. 5, 9, 14, 32. 14. 13, 35. 22. 14. 23. 20, 21. Num. 3. 3. 5. 8, 9, 10. 6. 20. Deut. 18. 3. 1 Sam. 2. 13. Ezech. 44. 30. וּלְכֹהֵן & sacerdoti, vel in sacerdotem, Ex. 2. 16. Jud. 17. 10. 18. 19. מִכֹּהֵן à sacerdote, Jer. 18. 18. Ezech. 7. 26. 44. 22. In forma pl. m. occ. simpl. locis seq. כֹּהֲנִים sacerdotes, Exod. 19. 6. Jos. 6. 4, 6. Jud. 18. 30. 1 Sam. 1. 3. 2 Sam. 8. 17, 18. 20. 25. 1 Reg. 4. 4. 12. 31. 1 Chron. 18. 16. 2 Chr. 5. 12. 11. 15. 13. 9. 26. 17. 30. 24. 34. 5. Ezr. 2. 69. Neh. 7. 70, 72. 12. 12. Job. 12. 19. Lam. 4. 16. Hos. 6. 9. & cum ו cop. præf. וְכֹהֲנִים & sacerdotes, 2 Chron. 13. 10. sed cum הַ dem. præf. multò frequentiùs. sic, הַכֹּהֲנִים sacerdotes, -tum, &c. Gen. 47. 22, 26. Exod. 19. 22. Lev. 1. 5, 8, 11. 2. 2. 3. 2. 13. 2. 16. 33. 21. 1. Num. 3. 3. 10. 8. &c. ad Mal. 1. 6. 2. 1. in 230. circ. l. Item cum וַ, וְ, בַּ & יַּ præf. occ. locis seq. וְהַכֹּהֲנִים & sacerdotes, Exod. 19. 24. Deut. 27. 9. Jos. 3. 3, 14. 4. 10, 11. 6. 4. 2 Reg. 23. 2. 1 Chron. 23. 2. 2 Chron. 7. 6. 11. 13. 13. 14. 19. 8. 29. 26. 30. 15, 21, 25. 34. 30. 38. 18. Ezr. 1. 5. 9. 1. Neh. 10. 40. 12. 22, 41. Isa. 5. 31. Jer. 34. 19. Ezech. 44. 15. בַּכֹּהֲנִים in sacerdotibus, Lev. 6. 22. 7. 6. 1 Sam. 22. 18. 2 Chron. 31. 19. וּבַכֹּהֲנִים & in sacerdotibus, Zach. 8. 15. ut & cum לַ, וְלַ & מַה præf. ut seq. לַכֹּהֲנִים sacerdotibus, Gen. 47. 22. Deut. 18. 1. 1 Sam. 6. 2. 2 Reg. 12. 17. 1 Chron. 24. 6, 30. 2 Chron. 4. 6. 23. 4. 26. 18. 31. 2. 35. 8. Neh. 10. 37, 38. 12. 44. 13. 30. Isa. 66. 21. Ezech. 40. 45, 46. 44. 30. 45. 4. 48. 10, 11. וְלַכֹּהֲנִים & sacerdotibus, 2 Reg. 12. 8. 2 Chron. 35. 14. Neh. 2. 16. Jer. 33. 18. מֵהַכֹּהֲנִים ex sacerdotibus, 2 Reg. 17. 27, 28 2 Chron. 30. 4. Ezr. 3. 12. & in forma pl. m. constr. est, כֹּהֲנֵי sacerdotes, 1 Sam. 5. 5. 22. 17, 21. 1 Reg. 12. 32. 13. 2, 33. 2 Reg. 17. 32. 23. 4, 9, 20. 2 Chr. 13. 9. Isa. 61. 6. quæ forma etiam occ. cum בְּ præf. sic, בִּכֹהֲנֵי in sacerdotes, 1 Sam. 22. 17. Item cum י & נִי Aff. cui ult. etiam וֹ est præf. & cum הַ & יו Aff. cui ult. etiam ו & בְּ est præf. ut seq. כֹּהֲנֵי sacerdotes mei, Lam. 1. 19. כֹּהֲנֵינוּ sacerdotes nostri, Ezr. 9. 7. Neh. 9. 34. 10. 1. וּכְהֲנֵינוּ & sacerdotibus nostris, Neh. 9. 32. כֹּהֲנֶיךָ sacerdotes tui, 2 Chron. 6. 41. Psal. 132. 9. כֹּהֲנָיו sacerdotes ejus, 2 Reg. 10. 19. Ps. 78. 64. Jer. 48. 7. 49. 3. וְכֹהֲנָיו & sacerdotes ejus, 2 Reg. 10. 11. 2 Chron. 13. 12. בְּכֹהֲנָיו in sacerdotibus ejus, Psal. 99. 6. Item cum הָ Aff. cui & וְ & לָ sunt præf. & cum הֶם Aff. cui & ו cop. est præf. ut seq. לְכֹהֲנֶיהָ sacerdotes ejus, Lam. 1. 4. 4. 13. Ezech. 22. 26. Zeph. 3. 4. וְכֹהֲנֶיהָ & sacerdotes ejus, Psal. 132. 16. Mich. 3. 11. לְכֹהֲנֶיהָ sacerdotibus ejus, Jer. 1. 19. כֹּהֲנֵיהֶם & sacerdotes eorum, Jer. 32. 32. וְכֹהֲנֵיהֶם & sacerdotes eorum, Jer. 2. 28. Deinde, 2. hinc etiam No. כְּהֻנָּה f. sacerdotium, sacerdotalis functio, Pag. Bu. Lex. Av. ministerium, administratio; Item pro sacerdotis proventu & reditibus, Av. כְּהֻנָּה est (formæ פְּקֻדָּה & פְּעֻלָּה) προσαγωγὴ, & jus accedendi, sacerdotium;

70. ἱερατεία; Cocc. Occurrit autem hoc nomen in forma abſoluta, ſimpl. & cum ה dem. præf. כְּהֻנָּה ſacerdotium, Exod. 29.9. Num. 16.10. הַכְּהֻנָּה ſacerdotium, Ezr. 2.62. Neh. 7.64. 13.20. ut & in forma conſtr. ſimpl. & cum ל præf. ut & cum כֶּם & ם Aff. ut ſeq. כְּהֻנַּת ſacerdotium, Num. 25.13. Joſ. 18.7. לַכְּהֻנַּת ſacerdotio, Exod. 40.15. כְּהֻנַּתְכֶם ſacerdotium veſtrum, Num. 18.1, 7. כְּהֻנָּתָם ſacerdotium ſuum, ut, Num. 3.10. & in forma pl. f. כְּהֻנּוֹת functiones ſacerdotales; Bu. Lex. Occurrit cum ה dem. præf. ſic, 1 Sam. 2.36. ad unum הַכְּהֻנּוֹת functionum ſacerdotalium, Bu. Lex. ſeu ſacerdotiorum, Av. Notanda hîc & deſcribenda videntur quæ fuſè de hac radice diſſeruntur à Cocc. prout ſequuntur. כּוֹהֵן vertitur ſacerdos; de quo mox: unde verbum in piel, Iſa. 61.10. כִּהֲנַנִי פְּאֵר ut ſponſus, qui applicat ornamentum; additur וְכַכַּלָּה תַּעֲדֶה & ut ſponſa, quæ ſe amicit mundo ſuo: 70. ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι; ità Arabs. & Syr. אֵיךְ חֲתָנָא שְׂכִיתָא. Veriſimillimum eſt, verbo hoc notari propriè applicationem & admotionem propinquam; ità magis apparebit quid ſit propriè כּוֹהֵן, Cocc. [textus autem cit. ſic exp. à reliquis: ſicut ſponſus יְכַהֵן פְּאֵר magnificabit gloriam, Pag. Quidam, ſacerdotabitur decore: i.e. decorabitur velut ornamento ſacerdotali. Kimchi tranſitivè exponit, יְגַדֵּל, Merc. magnificabit gloriam ſuam in indumentis decoris; Hieron. tanquam ſponſum decoratum coronâ, Pag. ſicut ſponſus ſacerdotem agit ornatu, i.e. magnificè, ut ſacerdos ornatum parat; Bu. Lex. tanquam ſponſum ſacerdotali more ornabit magnificentia; 70. κατεκάμιτε, Av. tanquam ſponſum qui adminiſtrat ornatum, (juſtitiæ ſcil. & vitæ, quam Chriſtus ſponſus exhibet Eccleſiæ) & veluti ſponſam ornantem ſe inſtrumentis ſuis. Jun.] כּוֹהֵן propriè, & ex vi vocis, eſt, qui accedit, ad Regem ſcil. vel eum qui ſummus eſt; Ideo explicationis ergò adjungitur tanquam etymologiæ evolutio, Exod. 19.22. הַכֹּהֲנִים הַנִּגָּשִׁים אֶל־יְהוָה ſacerdotes qui accedunt ad Jehovam, qui unquam ſacrificium Deo obtulerunt. Et pro כּוֹהֵן tanquam ſynonymum uſurpatur קָרוֹב propinquus vel ἐγγίζων; Lev. 10.3. בִּקְרֹבַי אֶקָּדֵשׁ in appropinquantibus ad me ſanctificabor. Item Num. 16.5. Matutino nobis manifeſtavit Jehova אֶת אֲשֶׁר לוֹ eum, qui ſuus eſt, & אֵת הַקָּדוֹשׁ וְהִקְרִיב אֵלָיו & ſanctum, & quem juſſerit appropinquare ad ſe; & quem elegerit, יַקְרִיב אֵלָיו faciet appropinquare ad ſe; nempe proximè. Nam etiam de Levitis dicitur quòd Deus eos admouerit, verſ. 9. nempe ad miniſterium ſanctuarii; à quo diſtinguitur כְּהֻנָּה ſacerdotium, ut προσαγωγὴ ſive acceſſus proximus, verſ. 10. 2 Sam. 8.18. וּבְנֵי דָוִד כֹּהֲנִים הָיוּ & filii Davidis cohanim erant; certè non ſacerdotes, (quod dicitur de Sadoc & Achimelech, v. 17.) ſed, ut explicatur 1 Chron. 18.17. רִאשֹׁנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ primi juxta regem; proximi regi in conſiliis & deliberationibus & in adminiſtratione regni. Non, quòd vox כּוֹהֵן notet primatum, ut vult Kimchius; ſed quòd notet primos accedentium; 70. ἀνλάρχαι; in Chronicis πρῶτοι διάδοχοι. Sic 2 Sam. 20.26. atque etiam Ira, Jaira erat כּוֹהֵן לְדָוִד proximus Davidi. Non videtur is Levira fuiſſe. Ergò nec προσέχειν τῷ δυσιαστηρίῳ. Sed inter proximos regi fuit. Kimchius explicat, עוֹרְרוֹ ובַעַל עֲצָתוֹ וְנִשְׁמַע אֲלָיו בְּרֹאשׁ כֻּלָּם cultor ejus & conſiliarius, & quem præ omnibus auſcultabat. Sic interpretatur idem, 2 Reg. 10.11. & omnes magnates ejus וּמְיֻדָּעָיו וְכֹהֲנָיו & familiares ejus, & proximæ admiſſionis amicos ejus. Ad eum modum poſſunt exaudiri illa, כּוֹהֵן אוֹן Gen. 41.45, 50. 46.20. כּוֹהֵן מִדְיָן Ex. 3.1. 18.1. ut notentur non ſacerdotes, ſed provinciarum præfecti, Satrapæ, regum amici. Ità Gen. 47.22. Nam demenſum erat לַכֹּהֲנִים principibus, qui apud Regem auctoritate valebant, vel, quibus gubernatoribus utebatur & vicariis, τοποτηρηταῖς, ac q. Proregibus. Certè in Ægypto fuerunt tales, & his alimonia à Rege debebatur. Ideo ipſorum terra non rediit in patrimonium Regis. Eos intelligi, magis probabile eſt, quàm ſacerdotes, ſaltem ſolos. Quod porrò attinet כֹּהֲנֵי אֵל ii eodem vocabulo nuncupantur, quo regibus proximi. Et Job 12.19. utroſque intelligere proclive eſt, qui ducit כֹּהֲנִים שׁוֹלֵל Dei & regum propinquos ἀπὸ & exſpoliatos conſilio & auctoritate. Sed pro fungi ſacerdotio, apud Deum, ponitur etiam, accedere ad Deum, Jer. 30.21. & exiſtet Princeps ejus ex ipſo, & poteſtatem habens in eum ex medio ejus exibit וְהִקְרַבְתִּיו & dabo ei jus accedendi, ſive admittam eum (confer Num. 16.5.) וְנִגַּשׁ אֵלַי & accedet ad me; (confer Exod. 19.22.) nam quis eſt, qui in fidem ſuam recipiat cor ſuum, לָגַשֶׁת ad accedendum ad me. Nemo poteſt conſcientiam & cor ſuum tranquillare coram me, ut auſit accedere ad me vel ad petendum quippiam, tanquam quod petendi jus habeat, vel ad ſuam juſtitiam probandum mihi, vel ad ſe ſiſtendum mihi, ut fratres ſuos mihi reconciliet. Eam verò indicat eſſe cauſam quare Iſraeli det, & quidem ex ipſis, principem & dominum, qui accedat ad ſe, & Iſraelem reconciliet atque adducat, & in quo poſſit peccator rectè ad ſe accedere ad petendum omnia. Id quod præfiguratum eſt, dum ſacerdos à Deo vocatus eſt homo, ipſe quoque peccatis circumdatus, qui pro peccatoribus offerret munera & ſacrificia Deo, quorum munus totum typicum fuit; ut & res quas tractabant. Gen. 14.18. וְהוּא כֹּהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן & ipſe erat ſacerdos Deo altiſſimo; 70. ἱερεὺς. Pſal. 110.4. juravit Jehova & non pœnitebit eum: tu eris כֹּהֵן ſacerdos in æternum, juxta ordinem Melchiſedec. Melchiſedec erat Rex, non autem כֹּהֵן לְמֶלֶךְ propinquus regi alicui: erat autem ſacerdos Dei altiſſimi. Ergo is de quo loquitur Pſal. 110. eſt ſacerdos Dei altiſſimi. Neque verum eſt, quod Kimchius dicit, intelligi hîc eminentiam, qualis eſt eorum qui in terra poſt regem vocantur כֹּהֲנִים; intelligitur ſacerdotium, non quale Aharonicum, ſed, quod μισθὸς δι' ὑπακοὴν datur ei, qui conſedit ad dextram Dei. De eodem eſt Zach. 6.13. Ille ædificabit templum Jehovæ, & ipſe accipiet majeſtatem, & conſidebit, & poteſtate utetur in throno ejus, וְהָיָה כֹהֵן & perſeverabit eſſe ſacerdos in throno ejus, & conſilium pacis erit inter ambos eos. Ille ſacerdos adumbratus eſt per Aharonem & filios ejus; qui כֹּהֲנִים ſacerdotes, ſive ἐγγίζοντες τῷ Θεῷ, cum oblationibus, dicti ſunt; & dicti ſunt peccatum Iſraelis ferre, & id expiare. Revera autem auferre peccata non potuerunt. De his illæ phraſes ſunt obſervandæ. כֹּהֵן הָרֹאשׁ ſacerdos caput, h.e. primarius,

rius, summus; cui opponitur כֹּהֵן הַמִּשְׁנֶה sacerdos alter, q. d. vicarius summi, 2 Reg.25.18. sic Jer52.24. 70. τὸν ἱερέα, τὸν πρῶτον, τὸν δευτερεύοντα. כֹּהֵן לְאוּרִים וְלְתֻמִּים sacerdos gerens Urim & Thummim, Ezr.2.63. הַכֹּהֵן הַמָּשִׁיחַ sacerdos unctus, Lev. 4.3,5. Promissio, cujus veritas in Novo Testamento præstatur, est Isa.61.6. vos autem כֹּהֲנֵי יְהוָה sacerdotes Jehovæ vocabimini. In regno Christi omnes Israelitæ sunt genuini sacerdotes, quia habent τὴν ἐλπίδα τὴν κρείττονα, δι' ἧς ἐγγίζυσι τῷ Θεῷ, Hebr.7.19. τὴν προσαγωγὴν πρὸς τὸν πατέρα, Eph.2.18. & viam recentem dedicatam vel initiatam sanguine Christi, Hebr.10.19,20. Cum iis verò & fideles gentium sunt sacerdotes, Apoc.1.6.. 5.10. Isa.66.20,21. & adducent (gentes, vers.19.) fratres vestros-- atque etiam accipiam ex illis (gentibus) sacerdotes, Levitas; Est enim unus Christus, & unus in omnibus spiritus, & pariter filii facti sunt. Ità impletur promissio, Exod.19.6. & vos fietis mihi מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים regnum sacerdotum, h. e. reges & sacerdotes, & gens sancta, 1 Pet.2.8. βασίλειον ἱεράτευμα; & vers.4. 5. πρὸς ὃν προσερχόμενοι ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας. Qui verò ante cæteros accedunt ad Deum, & eos adducunt, ut munus, etiam ipsi sunt sacerdotes eorum respectu quos adducunt. Confer Isa.66.20.. 18.7. Rom. 15.16. Ezech.43.19. Nam, quum totus circuitus sit sanctum sanctorum, Ezech.43.12. omnes sunt sacerdotes, qui ad Templum hoc accedunt. Ergò sacerdotes & populus non distinguuntur, nisi ut adducentes & adducti. Jer.33.18. promittitur perpetuitas sacerdotii in regno Christi. Nam sacerdotes expectabant τελείωσιν, ut induerentur salute & justitia, Psal.132. 16, 9. Sed, quando οἱ προσερχόμενοι τετελεῦσθαι, tunc fiunt ἱερεῖς, Hebr.10.1,14. Atque hinc verbum in piel, accedere ad Deum, sacerdotio fungi; ut, Exod.40.13. וְכִהֲן לִי, 70. ἱερατεύσει μοι; & Lev. 7.35. בְּיוֹם הַקְרִיב לְכַהֵן לַיהוָה quo die eos admovit, ad fungendum sacerdotio Jehovæ, ad se sistendum ei; & Ezech. 44. 13. וְלֹא יִגְּשׁוּ אֵלַי לְכַהֵן לִי & non accedent ad me, ut sacerdotio fungantur mihi; ut se sistant mihi; &c. Hæc de hoc nomine fusius ex Cocc. ob singularem ejus de eo nomine notionem, & ob varios textus ei appositos, hìc ab illo collatos.

Rad.16. כוה, vel sine vau, כה; nam scribitur cum He, sed legitur cum vau, & est כֵּן sic, ità; Pag.Bu. affirmantis & similitudinis particula; Bu. Lex. ut Gen.15. 5.32.4 Exod.3.14. Num.32.8. &c. Adverbium hoc similitudinis & affirmationis est cogn. cum כֵּן sic, quod semper est affirmandi; Av.70. οὕτως. Remittitur sermoni alterius, quum is recitatur, ut Isa. 43. 14. כֹּה אָמַר sic dixit Jehova; est q.d. כָּהוּא, in hunc modum; ità Exod.9.1. Aliquando usurpatur indefinitè, cum verba reguntur: ut Ruth.1.17. כֹּה sic faciat mihi Deus, וְכֹה & sic addat. Item 1 Sam.3.17. & 14.44. in quibus non exprimitur malum, quod jurans vel adjurans poterat nominare. 1 Reg.22.20. hic dicebat בְּכֹה hoc modo, & alter dicebat כְּכֹה illo modo; 70. οὕτως οὕτως. Num.32.8. כֹּה sic fecerunt patres vestri; ubi specificatè factum cum facto comparatur; Cocc. Interdum etiam adverb. loci est, ut עַד כֹּה eò usque Gen. 22. 5. Bu. Lex. & sic usurpatur etiam pro hìc, ut Gen. 31.37. שִׂים כֹּה pone hìc, i. e. exhibe. Kimchi הַבָּה; 70. δεῦρο, Cocc. Sic Gen. 22. 31. כֹּה hìc; & כֹּה וָכֹה huc & illuc, Exod.2.12. Bu.Lex. Et Num.11.31. כְּדֶרֶךְ יוֹם כֹּה וּכְדֶרֶךְ יוֹם כֹּה tanquam itinere diei, hinc & illinc; ὥσπερ ἡμέρα, ὥσπερ ἡμέρα, 70. ἐντεῦθεν, ἐντεῦθεν, Cocc. Item interdum etiam est Adv. temporis, ut Exod.7.16. & non auscultasti עַד כֹּה usque huc, adhuc, hactenus. Bu. Lex. Cocc. 70. ἕως τοῦτο, Cocc. Et 1 Reg. 18.45. וַיְהִי עַד כֹּה וְעַד כֹּה & factum est spatio tali aut tali, h.e. spatio perbrevi; indefinitè, Cocc. usque sic, & usque sic, i.e. interea, Bu. Lex. Chaldæis est כָּה, Dan.7.28. indè quidam volunt factum, geminato Caph, כָּכָה, de quo infrà in כָּךְ; Coc.

Rad.17. כָּוָה adussit, combussit, incendit; & propriè dicitur de adustione carnis vivæ; & est cogn. cum כָּאָה obscuratus est, & כָּהָה caligavit; nam adustio carnis vivæ contrahit sibi obscuriorem & caliginosam cutem, Av. Radix autem hæc non usurpatur in kal, sed in Niphal, נִכְוָה est uri, aduri, comburi, incendi, Pag. Bu. adustus est, combustus est; Av. Elias notat non dici nisi de carne quæ igni ambusta est, non autem tota exusta; ideóque dici Isa.3. כִּי adustio pro pulchritudine; Merc. In fut. Niph. 3. s.m. יִכָּוֶה aduretur; unde in 2.s.m. fut. niph. est, תִּכָּוֶה ureris, Isa.43.2. sic in 3.pl. m. fut. niph. יִכָּוּ comburentur: unde in 3.pl.f. fut. niph. est, תִּכָּוֶינָה urentur, Prov.6.28. Atque indè nomina; i. כִּי m. adustio, Pag. Bu. Cauterium, Av. facies adusta, & fusca à sole, ut Isa.3.24. כִּי תַחַת יופִי adustio pro formositate; Cocc. Av. Pag. & est instar רִי, à רָוָה; Pag. Cocc. vel כִּי est quia, quoniam, &c. & sic est sensus, quia totum hoc quod narravit, aut enumeravit (fætor scil. vel, solutio, seu tabefactio, ut in contextu legitur, & hìc addit Kimchi, Merc. Cev.) & excisio, erit iis pro pulchritudine; & sic R.D. in comment. quia totum hoc quod narratum est, (omnis scil. illa fæditas, Cev.) evenit iis eò quòd decorabant se ornamentis suis; & sic Ab. Ezra, Quia pro pulchritudine facient (fætorem, Merc.) excisionem, calvitiúmque; Pag. Item, juxta quosdam, pro ustione כִּי sumitur Isa. 32.13. ustio, vel adustio, ascendet super domos, &c. Plerique verò sumunt ibi כִּי pro conjunctione causali, Quia. Nam nec in Pag. Bu. Av. Cocc. nec Bu. Conc. affertur ille locus pro כִּי in priore sensu pro adustione. Deinde, 2. hinc etiàm No. כְּוִיָּה f. idem, ustio, adustio, &c. & occurrit, Exod.21.25. bis; adustionem, pro adustione, Pag. Coc. Av. &c. Item, 3. hinc etiam No. מִכְוָה f. idem, adustio, quæ carni vivæ inuritur, ambustio, Av. Occurrit cum הַ dem. & בַּ, pro בָּהּ dem. præf. ut seq. הַמִּכְוָה adustio, Lev.13.24,28. בַּמִּכְוָה in adustione, Lev.13.25. & in forma s.f. constr. est, מִכְוַת adustio, Lev.13.24.

Rad.18. כּוֹחַ m. duo significat, i. est potentia, fortitudo, robur, viror; fructus; Pag. vis; vires, facultas, &c. Bu. Lex. Av. virtus corporis; est cogn. cum יָכַח arguit potentibus argumentis, coarguit probabilibus causis, Av. 70. δύναμις, ἰσχύς, Cocc. Differt ab חַיִל, quod strenuitatem & gesta præclara significat, quum hoc virtutem, potentiam & facultatem significet; idem quod Græcè δύναμις, quæ se foràs exerit in opere. Semper masculinum in Scriptura invenio; etsi scriptores Hebræi forment plurale femineum, כֹּוחוֹת facul-

facultates. Est autem ubique mancum sine vau, unico dempto Daniel.11.6. Differt & à גְּבוּרָה, quod prævalescentiam & victoriam notat. Ex Deut.8. Item 1 Chro. 26. & aliis locis licebit discrimen inter כֹּחַ & חַיִל perspicere. 1 Chron.29. reperies junctum cum גְּבוּרָה. Propobus interdum sumitur, sicut & facultates Latinè appellamus, ut Hos.7. & aliàs: Merc. Occurrit autem plenè cum Vau cholem; sic, כּוֹחַ vis,&c. Dan.11.6.sed multò sæpiùs defectivè cum cholem absque vau, locis seq. Num.14.17. Deut.8.18. 1 Sam.28.20,22.. 30.4. 1 Chron.29.12,14. 2Chron.2.5..13.20..14.10..20.6,12.. 22.9..25.8. Ezr.10.13. Neh.4.4. Job.3.16.. 6.12..9.4.. 23.6..26.2..30.2,18..36.5,19..37.23.Psal.33.16..103.20.. 111.6..143.5. Prov.24.5. Eccl.4.1. Isa.40.26,29,30..41. 1..44.12..50.2. Lam.1.6. Dan.1.4..8.7..10.8,16,17..11. 15.Nah.1.3..2.2.cui etiam formæ לְ, בְּ & כְּ pro דְּבַר dem. sunt præf. ut seq. וְכוֹחַ & robur, vires, Jos.10.17.2 Reg. 19.3. Isa.37.3. בְּכוֹחַ cum virtute, in viribus, robore, Exod.32.11. Jud.16.30. 1 Sam.2.9. 1 Reg.19.8.2 Reg. 17.36. 2 Chro.26.13. Job.39.21. Prov.14.4. Isa.10.13. Zach.4.6. בְּכֹחַ cum virtute, viribus, Exod.15.6. 1 Chron.26.8. Psal.29.4. Isa.40.9. Item cum לְ & מִ præf. sic, לְכוֹחַ ad virtutem, Job.9.19. מִכּוֹחַ à vi, potentia, Jer.48.45. sed occurrit etiam sæpe cum affixis; ut cum י Aff. cui etiam בְּ, כְּ & וּכְ sunt præf. כּוֹחִי vis, virtus, &c. mea, Gen.31.6..49.3. Exod 9.16. Deut.8.17. Jud. 16.17. 1 Chron.29.2. Job.6.11. Psal.22.16..31.11.. 38. 11. 71.9..102.24. Isa.49.4. Lam. 1. 14. בְּכֹחִי virtute meâ,Jer.27.5. כְּכֹחִי sicut vires meæ, Jos.14.11. וְכֹחִי sic & fortitudo mea, Jos.14.11. ut & cum ךָ, vel הָ Aff.pro quo semel est cum כָה Aff. He parag. addito in fine, ut seq. כֹּחֲךָ vis tua, Jud.16.6, 15. כֹּחֵךְ virtute tua, Prov.5.10. כֹּחֲכָה virtus tua,Prov.24.10. Item cum בְּ præf. ante הָ Aff.locis seq. בְּכֹחֲךָ virtute tua, Num.14.13. Deut.9.29. Jud.6.14. Neh.1.10.Eccl. 9.10. Jer.32.17.& cum כֶם Aff. cui & וּמִי est præf. כֹּחֲכֶם virtus vestra,Lev.26.20. וּמִכֹּחֲכֶם ex facultatibus vestris,Job.6.22. Item, cum וֹ Aff.cui & בְּ est præf. ut seq. כֹּחוֹ vis, virtus, &c. ejus vel sua, Jud.16.5,9,19. Job.39.11.. 40.16. Isa.41.12..63.1. Dan.8.6,24. 11.25. Hos.7.9. Am.2.14. Hab.1.11. בְּכֹחוֹ virtute sua, Deut. 4.37. Job.24.22.. 26.12..36.22. Psal.65.7. Jer.10.12.. 51.15. Dan.8.22.24.sicut etiam הּ Aff. locis seq. כֹּחָהּ vim suam vel ejus, Gen.4.12. Job.31.39. Denique cum ם Aff. cui & בְּ est præf. ut seq. כֹּחָם vires ipsorum, Prov.20.29. בְּכֹחָם profacultate sua, Ezr.2.69. Deinde, ii. signif. 2. hujus rad. est etiam in eodem nomine כּוֹת; quod est & reptilis immundi nomen,lacerta;Pag. Bu. Lex. cum הַ demonstrativo est nomen reptilis immundi,quod stellio vocatur, ab aliis mustela; Av. sed de eo variant interpretes, Bu. Lex. R. Jonah reptile esse scripsit quod Hebraicè dicitur חֲרִיץ; & est species הַצָּב reptilis similis ranæ; & forsan est rubeta, terrestris rana, Pag. nomen צָב crocodilum significat, ibidem ubi כֹּחַ legitur; Hieronymo verò כֹּחַ est chamæleon: alii ex genere Buffonum esse putant, à virtute. Alii Stellionem; alii limacem, &c. Merc. animal est impurum, ex genere שְׁרָצִים, ἑρπετῶν, reptilium. Bochartus lacertam esse contendit; Cocc. Occurrit cum וַהַ præf. loco seq. וְהַכֹּחַ & lacerta, Lev. 11.30.

Rad.19. כול secundum R.D. est מָדַד metiri, mensurare: הֶחָזִיק apprehendere, tenere: aut continere; סָבַל ferre; alere propriè in mensura, sive secundum mensuram uniuscujusque. Affinitatem habet cum יָכוֹל & כָּלַל: unde à quibusdam exponitur pro consummare. Sed rectiùs per sustinere aut continere, quod ex metiendi significatione ducitur, expones. Metiendi significatio magis Syriacæ linguæ est: unde מְכִילְתָּא & מְכִילְתָּא mensura, quod pro Epha passim ponitur, interdum & pro aliis mensuris.Hinc quadratum כִּלְכֵּל,cui calculi nomen Latinum quidam affine faciunt, quasi ad calculum, seu in summam disposuit, dispensavit; sustinuit, sustentavit; cepit, continuit, Merc. Capere, continere, complecti; Bu. כול continuit, totum comprehendit, sustinuit, cepit continendo, sustentavit per omnia. Cogn.cum כָּלַל consummavit, & כָּלָה consummatus est. Item cum יָכוֹל potuit, quæ omnia aliquid continere significant, Av. In Bu. Conc. radix hæc sic describitur: כול contractè כָּל duo significata habet. i. capere, complecti: continere. Et in hac signif. occurrit in præt. kal, 3.s.m.cum ו cop. præf. sic, Isa. 40.12. וְכָל בַּשְּׁלִישׁ עֲפַר הָאָרֶץ & mensus est in mensura (ternaria scil. Merc.) pulverem terræ. Sic R.D.exp. וּמָדַד & mensus est: ut & Targum Exod. 16. 18. pro וַיְמַדּוּ, & mensi sunt, habet וְכָלוּ: require & in כָּל in dictione כול; Pag. & complexus est, Bu. & continuit tribus digitis pulverem; Av. & mensus est in trientali pulverem terræ; Deus sua mensura continet pulverem terræ, non aliter atque homo mensura,quam ipse fecit, maxima,res,quas simul vase continere sui captus esse putat; Cocc. In hiphil הֵכִיל est continere, ut mensura continet; Cocc. continuit, cepit,comprehendit; Av. Unde in Infin. hiph. occ. simpl. & cum לְ & מִ præf. ut seq. הָכִיל continendo, Jer.6.11. לְהָכִיל capere,ad capiendum,2 Chron.7.7. Ezech.21.33..23.32. מַהֲכִיל præ capere, 1 Reg.8.64. In fut.hiph. 3.s. m. est יָכִיל continebit, 1 Reg.7.26,38. 2 Chron.4.5. & in 3.pl. m.fut.hiph. יָכִילוּ capient, &c. pro quo occurrit defectivè cum chirek solo absque jod penult.sic, יָכְלוּ capiunt, sustinent,Jer.2.13..10.10. Deindè, ii.signif.2.hujus rad. est in Conjug.piel quadrata, seu geminatis duabus radicalibus; sic, כִּלְכֵּל sustentavit, sustinuit; cepit,continuit; moderatus est, disposuit, Bu.Lex.Av. Occurrit autem hæc quadrata forma in præt.piel, 3.s.m.simpl. & cum ו cop.vel conv. præf.& ם Aff. ut seq. כִּלְכֵּל sustentavit,2 Sam.19.33. וַיְכַלְכְּלֵם & sustentavit eos,1 Reg. 18.4. & in 2.s.m.præt.piel cum ם Aff.est, כִּלְכַּלְתָּם sustentasti eos, Neh.9.21.ut & in 1.sing.præt.piel occ.cum ו conv.præf.ut & in 3.pl.cum ו cop.præf.ut seq. וְכִלְכַּלְתִּי & sustentabo, Gen.45.11. 2 Sam. 19.34. וְכִלְכְּלוּ & sustentabant,1 Reg.4.7,27.In part.piel,s.m. in eadem forma quadrara est, מְכַלְכֵּל sustinens, Mal.3.2. in qua etiam Infin.piel occ. simpl.& cum לְ & וּלְ præf.ut & cum לְ præf. & הָ, vel in pausa הָ Aff. ut seq. כַּלְכֵּל sustinendo, Jer.20.9. לְכַלְכֵּל sustentare, 1 Reg.4.7. וְלְכַלְכֵּל & ad sustentandum, Ruth 4.15. לְכַלְכֶּלְךָ sustentare te, 1 Reg.17.4. לְכַלְכֶּלְךָ sustentare te, 1 Reg.17.9. In fut. piel 1.s.m.occ.simpl.& cum ו conv. præf. ante ם Aff. אֲכַלְכְּלֵם sustentabo, Gen.50.21. וְאֲכַלְכְּלֵם & sustentabo eos,1 Reg.18.3.Item in 3.s.m.fut.piel est, יְכַלְכֵּל moderabitur: sustentabit, Psal.112.5. Prov.18.14. Zac.11. 16.cui etiam ו conv.est præf.sic, וַיְכַלְכֵּל & sustentavit, Gen.47.12. ut & cum הָ & ם Aff. cui ult. etiam ו conv.

conv. eſt præf. יְכַלְכְּלֶךָּ ſuſtentabit te, Pſal. 55. 23. וַיְכַלְכְּלֵם & ſuſtentabat eas, 2 Sam. 20. 3. & in 3. pl. m. fut. piel occ. cum ה Aff. plenè, poſt ſchurek, & defectivè etiam poſt kibbutz pro ſchurek, tam ante ה quàm ה Aff. ut ſeq. יְכַלְכְּלוּךָ ſuſtinebunt, capient te, 2 Chr. 6. 18. יְכַלְכְּלֻהוּ idem, 1 Reg. 8. 27. יְכַלְכְּלֻהָ capient eum, 2 Chron. 2. 5. In pual כֻּלְכַּל vel כֻּלְכָּל ſuſtentatus eſt, cibatus eſt, Av. Occurrit in præt. pual 3. pl. cum ו cop. præf. ſic, 1 Reg. 20. 27. וְכֻלְכְּלוּ delectu habito congregati ſunt ex adverſo ipſorum; Cocc. & ſuſtenti, vel ſuſtentatione & commeatu inſtructi ſunt; Bu. & filii Iſraeli recenſiti ſunt, & ſuſtentati, ſumpto ſcil. cibo, Av. ſed occurrit etiam hæc ſignif. 2. in Hiphil, ut in Infin. hiph. ſimpl. & cum ל præf. לְהָכִיל ſuſtinendo, Jer. 6. 11. לְהָכִיל ſuſtinere, Am. 7. 10. ut & in fut. hiph. 3. pl. m. occ. loco ſeq. יְכִילוּ ſuſtinebunt, Jer. 10. 10. Item in 3. ſut. hiph. occ. cum וּ Aff. ſic, Joel. 2. 11. & quis וְיָכִילֶנּוּ ſuſtineat eum? Bu. Conc. feret illum? Pag. Sunt qui verbum תלמ"ך Græcis idem valere putant, ſuſtinere, viz. & poſſe: ſicut & eo Paulus utitur, 2 ad Cor. 10. non enim ſuſtinemus conferre nos, &c. Merc. [כִּיל menſura, require in כִּיל; Pag. quemadmodum & כִּילַי; quod Kimchi affert hoc loco; Merc. Item de alia ſignificatione Infin. hiph. לְהָכִיל vide in rad. אָכַל; Bu. Lex.]

Rad. 20. כון eſt, parare, præparare; firmare, ſtabilire; confirmare, certificare, certum reddere, verificare, rectificare; Pag. Ratum facere, perficere; aptare; conſtituere, decernere; tranſitivè in Hiphil, ubi maximè eſt uſitatum; & affine eſt verbis חָכַן & חָקַן. Eſt & uſitatum in Niphal, ſtabiliri, firmari, aptari, &c. In Pohel idem valet quod in hiphil. Perfectionem & firmitudinem denotat. Vide infrà: per componere Latinè, inſtruere vel ordinare: rectè & perfectè curare, apparare, ſæpe reddi poteſt. Item per obfirmare; deſtinare, &c. Merc. כוֹן vel כֹּן contractè כָּן aptavit, diſpoſuit, direxit, Bu. Lex. perfecit, confecit, paravit firmiter, præparavit, ſtabilivit, firmavit; generavit, perfecit. Eſt cogn. cum בָּנָה conſtituit baſin firmam; Av. In Bu. Conc. radix hæc ſic deſcribitur; כוֹן dividitur in quatuor ſignificata: 1. eſt, in particula כֵּן ſic, ità, &c. vox indeclinabilis cujus loci deſunt in Conc. Deinde, ii. ſignif. 2. hujus rad. eſt aptari, parari, diſponi; rectum, firmum, ſtabile eſſe, & ſimil. & ſic occurrit in fut. kal 3. ſ. m. יָכֹן aptabit, &c. unde cum ו conv. præf. & נִי aff. ſic occ. Job. 31. 15. וַיְכֹנְנֵנִי Pag. vel וַיְכוֹנְנֵנִי; Bu. Lex. & præparavit nos, ſeu diſpoſuit nos in utero uno, Pag. quod etiam citatur infrà in futuro pohel, propter dageſch in Nun affixi, quod habent nonnulla exemplaria; Cev. ſic, וַיְכוֹנְנֵנִי & paravit eum in utero uno. Eſt diverſa lectio, nam ratione Dageſch legendum eſt וַיְכֻנְנֵנִי in eadem ſignificatione, Av. & diſpoſuit nos, &c. Eſt cum dageſch in primo Nun Euphoniæ cauſa (pro וַיְכוֹנְנֵנִי) & ſægol eſt, quaſi ſit affixum tertiæ perſonæ ſing. ſicut etiam quidam accipiunt; Bu. Lex. Alii, ut dictum, referunt ad Piel in forma pohel, כּוֹנֵן parare, diſponere, &c. quaſi eſſet pro וַיְכוֹנְנֵנִי; Cocc. In Niphal נָכוֹן aptari, parari, ſtatui, conſtitui; firmari, confirmari; rectum, firmum, ſtabile eſſe; Bu. Lex. paratus eſt, perfectus eſt, firmatus eſt; Av. Occurrit in præt. niph. 3. ſ. f. & in 3. pl. ut ſeq. נָכוֹנוּ ſtabilitum eſt, 1 Reg. 2. 46. נָכוֹנוּ vel ſine vau, parata ſunt, Prov. 19. 29. Ezech. 16. 7. Item in part. Niph. ſ. m. occurrit locis ſeq. נָכוֹן rectum, certum, firmum, ſtabile, Gen. 41. 32. Exod. 8. 22. 34. 2. Deut. 13. 14. 17. 4. Jud. 16. 26, 29. 1 Sam. 23. 23. 26. 4. 2 Sam. 6. 6. 7. 16, 26. 1 Reg. 2. 45. 1 Chron. 17. 14, 24. Neh. 8. 11. Job. 12. 5. 15. 23. 18. 12. 21. 8. Pſal. 38 18. 51. 12. 57. 8. 78. 37. 93. 2. 108. 2. 112. 7. Iſa. 2. 2. Hoſ. 6. 4. Mich. 4. 1. & in forma ſ. m. conſtr. eſt, נְכוֹן paratum, ſtabile, Prov. 4. 18. ut & in forma pl. m. abſol. eſt נְכוֹנִים parati, Exod. 19. 11, 15. Joſ. 8. 4. Item in part. Niph. ſ. f. eſt, נְכוֹנָה rectum, Job. 42. 7, 8. Pſal. 5. 10. & in Imper. Niph. ſ. m. eſt, הָכֵן vel ſine vau, paratus eſto, Ezech. 38. 7. Am. 4. 12. In fut. niph. occ. 2. & 3. ſ. m. cui ult. ו cop. eſt præf. תִּכּוֹן ſtabilieris, 1 Sam. 20. 31. יִכּוֹן ſtabilietur, ſtabile erit, Pſal. 89. 35. 101. 7. 102. 29. 140. 12. Prov. 12. 3. 16. 12. 29. 14. וְיִכּוֹן & ſtabilietur, Prov. 25. 5. & in 3. ſ. f. fut. niph. occ. ſimpl. & cum ו conv. præf. ut ſeq. תִּכּוֹן ſtabilietur, 1 Chron. 16. 30. Pſal. 89. 22. 93. 1. 96. 10. 141. 2. Prov. 12. 19. 20. 18. Jer. 30. 20. וְתִכּוֹן vel ſine vau, & ſtabilitum, confirmatum fuit, 1 Reg. 2. 12. 2 Chron. 8. 16. 29. 35. 35. 10, 16. Item in 3. pl. m. fut. niph. occ. ſimpl. & cum ו cop. præf. יִכּוֹנוּ vel ſine vau, confirmabuntur, Pſal. 119. 5. Prov. 4. 26. 22. 18. וְיִכּוֹנוּ & confirmabuntur, Prov. 16. 3. In piel occurrit in forma poel & ſignificat, parare firmiter, perficere, confirmare, &c. Av. Occurrit autem in præt. poel 3. ſ. m. ſimpl. & cum ו cop. præf. ut & cum ה Aff. ut ſeq. כּוֹנַן aptavit, paravit, diſpoſuit, direxit, firmavit, ſtabilivit, Pſ. 9. 5. 40. 3. Prov. 3. 19. Iſa. 51. 13. וְכוֹנַן & ſtabilivit, Hab. 2. 12. כּוֹנְנָהּ ſtabilivit eam, Iſa. 45. 18. Item, in 2. ſ. m. præt. poel eſt, כּוֹנַנְתָּ ſtatuiſti, Pſal. 99. 4. 119. 90. cui etiam He parag. eſt add. & He mappikatum Aff. ut ſeq. כּוֹנַנְתָּהּ ſtatuiſti, Pſ. 8. 4. כּוֹנַנְתָּהּ confirmaſti eam, Pſal. 68. 10. Item in 1. ſ. præt. poel, occ. cum ו conv. præf. ut & in 3. pl. ſimpl. ut ſeq. וְכוֹנַנְתִּי & ſtabiliam, 2 Sam. 7. 13. 1 Chr. 17. 12. כּוֹנְנוּ ſtabiliverunt, aptarunt, Ex. 15. 17. Pſ. 11. 2. In Imper. poel cum ו cop. præf. occurrit intranſitivè, Bu. Lex. ſed cum ה parag. & הוּ Aff. tranſitivè, ut ſeq. וְכוֹנְנֵהוּ & præpara te, Job. 8. 8. כּוֹנָנָה confirma, Pſ. 90. 17. כּוֹנְנֵהוּ confirma illud, Pſa. 90. 17. In fut. poel occ. 2. ſ. m. ſimpl. & cum ת cop. & ו conv. præf. ſic, תְּכוֹנֵן aptabis, Pſ. 21. 13. וַתְּכוֹנֵן & ſtabilito, Pſal. 7. 10. וַתְּכוֹנֵן & ſtabiliviſti, 2 Sam. 7. 24. ut & in 3. pl. m. occ. ſimpl. & cum ו conv. præf. ante ה Aff. ut & cum הֶ Aff. cui etiam ו conv. eſt præf. ut ſeq. וְיכוֹנֵן ſtabiliet, Iſa. 62. 7. וַיְכוֹנְנֶהָ & confirmabit te. Deut. 32. 7. יְכוֹנְנֶהָ ſtabilivit eam, Pſ. 24. 2. 48. 9. 87. 8. וַיְכוֹנְנֶהָ & aptavit eam, Pſal. 7. 13. Item in 3. pl. m. fut. poel occ. cum ו conv. præf. cui etiam נִי eſt Aff. ſic, וַיְכוֹנְנֵנִי & conſtituerunt, Pſ. 107. 36. וַיְכוֹנְנוּנִי & aptaverunt me, Pſal. 119. 73. In pual ex forma poel, כֻּנַן paratus eſt, confectus eſt, firmatus eſt Av. Occurrit in 3. pl. cum cametz penult. pro ſcheva, ob pauſam; ſic, כֻּוְנָנוּ ſtatuta, parata ſunt, Pſal. 37. 23. Ezech. 28. 13. In hithpael, vel potiùs in hithpoel, ex forma poel, הִתְכּוֹנֵן, vel הִתְכֹּנֵן paravit ſe, firmatus eſt; Av. Occurrit in fut. hithp. 3. ſ. m. ſic, Prov. 24. 3. & intelligentia, aut prudentia, יִתְכּוֹנָן (cum cametz pro tzere in ult. ob pauſam; Pag.) ſtabilietur, firmabitur, vel erit ſtabilis, &c. Pag. vel ſtabilitur, Bu. Lex. & in intelligentia firmabitur, Av. Sed in 3. ſ. f. fut. hithp. cum ו cop. occurrit defectivè per Syncopen Thau; ſic, Num. 21. 28. וְתִכּוֹנֵן pro וְתִתְכּוֹנֵן & firmetur, Bu. & parabitur civitas Sion; & ſic in 3 pl. m. fut. hitph. cum ו cop. præf. occ. etiam defectivè lite-

rà Thau, notâ hithp. ſyncopatâ ; ſic, Pſal. 59. 5. pro וְיִתְכּוֹנָנוּ eſt וְיִכּוֹנָנוּ (cum cametz in penult.ob pauſam) & parant ſe, Bu. Conc. ſeu, & parabunt, aut dirigent ſeſe, Pag. Item in 2.ſ.f. occ.etiam cum cametz penult. pro Scheva, ob pauſam ; ſic, Iſa.54.14. pro תִּתְכּוֹנָנִי eſt תִּכּוֹנָנִי ſtabilieris, ſeu ſtabilis eris, Pag. Præparaberis in juſtitia, &c. Av. Quæ tria ſunt ex fut. hithpael, vel hithpoel ; & in iis Thau, ut moris eſt, per dageſch abſorbetur, Merc. In Hiphil, הֵכִין præparavit, perfecit, Av. &c. ut in Piel, Bu. Lex. Occurrit autem in præt.hiph, 3.ſ.m. ſimpl. locis ſeq. הֵכִין paravit, aptavit,&c. ut antè, Joſ.4.4. 1 Sam.13.13. 1 Reg.6. 19. 1 Chron.15.3..22.3. 2 Chro.2.6..3.1..12.14.. 27.6.. 30.19..35.20. Ezr.7.10. Eſth.6.4..7.10. Pſal.7.14 . 78. 8..103.19. Zeph.1.7. cui etiam, licèt præter morem, הֵ dem.eſt præf. ſic, 2 Chron.29.36. & lætatus eſt Chizkijah, & omnis populus עַל־הַהֵכִין eò quòd præparaſſet Deus populo, ſcilicet cor, ut eum coleret, facerétque ſecundum ejus voluntatem ; ut dictum eſt, Pag. ſuper eo, quod paraverat Deus populo ; Coc. & ſic cap. 1. v.4. בְּהֵכִין (cum בְּ pro בֵּהּ dem.præf.) quando præparare fecit ei David ; ſub. מָקוֹם ; Pag.vel, in (locum quem ſub.) diſpoſuerat, ſeu deſtinârat ei David : alii, ut ei David conſtituerat. Præteritum eſt, non Infinitum, ubi He incluſum eſt pro אֲשֶׁר relativo, quod loco ſuperiore exprimitur. Eſt ergò miræ rationis. Sic autem He debet ſumi juxta Kimchi, quando præterito præponitur : nam He hajediah præteritis præponi non ſolet, Merc.Cev.ſed occurrit etiam Præt.hiph.3.ſ.m.cum יְ & הָ Aff.ut ſeq. הֵכִינַנִי ſtabilivit me, 1 Reg.2.24. הֵכִינוֹ ſtabilivit eum, 2 Sam.5.12.1 Chron.14.2. הֵכִינָהּ præparavit eam, Job.28.27. ſic & in 2.ſ.m.præt.hiph.occ. ſimpl.& cum וַ conv.præf. cui etiam He parag. eſt add. הֵכִינוֹתָ præparaſti, Job.11.13.Pſal.74. 16. וַהֲכִינוֹתָ & præparaveris, 2 Chron.19.3. וַהֲכִינוֹתָה & præparaveris, Ezech.4.3. Item in 1.ſ.occ.etiam ſimpl. & cum וַ conv. vel cop.præf. הֲכִינוֹתִי vel ſine vau, præparavi, diſpoſui,&c. Exod.23.20. 1 Chron.15.12.. 22.14..29.2,3,19. וַהֲכִינוֹתִי vel ſine vau,& ſtabilivi,præparavi, 2 Sam. 7. 12.1 Chron.17.11..22.10..28.2,7. ſic & in 3. pl. præt. hiph.occ.ſimpl.& cum וַ conv. præf. הֵכִינוּ præparaverant, 1 Chron.12.39.2 Chron.20.33..35.14,15. Pſal.57. 7. וַהֲכִינוּ & parent, Exod.16.5.& in 1.pl.præt.hiph.eſt הֵכִינוּנוּ præparavimus, 1 Chron.19.16. pro quo etiam in alia forma more duplicantium Yajin, eſt defectivè cum Tzere, & pathach ante ſimplex Nun dageſchatum, ſic, הֲכִנּוּ præparavimus, 2 Chron.29. 19. in part. hiph. ſ.m.occ.ſimpl.& cum הַ dem.præf. מֵכִין ſtabiliens, Pſal. 65.7. Jer.10.12..51.15. הַמֵּכִין qui præparat, Pſal.147.8. In Infin.hiph.occ.cum chirek magno, vel cum Tzere in ult. cui propriæ formæ cum jod, יְ, בְ & לְ & יְל ſunt præf. הָכִין firmando, Joſ.4.3. הָכֵן firmi, Joſ.3. 17. וְהָכִין & præparando, Jer.10.23. Ezech.7.14. בְּהָכִין in præparando, ſtabiliendo, 2 Chron.1.4..12.1. לְהָכִין ad præparandum, 1 Chron.9.32. 2 Chron.31.11. Iſa.9.6..40.20. וּלְהָכִין & ad præparandum, 2 Chron.2.9.ſicut etiam ei formæ cum chirek magno, יְ eſt Aff.cui & בְ eſt præf.ut & cum הָ Aff.cui & לְ eſt præf. ut ſeq. הֲכִינוֹ præparare eum, Nah.2.3. בַּהֲכִינוֹ in aptare eum, Prov. 8.27. לְהָכִינָהּ ad ſtabiliendum eam, Jer.33.2. Sed occurrit etiam ſecundum quoſdam Infin. hiph. defectivum cum לְ præf.ſic, Zach.11.7. לָכֵן עֲנִיֵּי הַצֹּאן, pro לְהָכִין, ad parandum vel firmandum inopes ovium ; ubi לָכֵן occurrit extrito He notâ hiphil, ut לַלַּבֵּן pro לְהַלְבִּין, Coc. In loco autem ſuprà cit. Joſ.3.17. Infin. hiphil occurrit ecclypticè ; ſic,& ſteterunt ſacerdotes in medio Jordanis הָכֵן figendo, ſubintellige רַגְלֵיהֶם pedes eorum,i.e.firmiter ; Ferrar. aparejando, h.e. parando, Cocc.In medio Jarden, i.e. Jordanis, הָכֵן parati ; eſt enim Makor vice Participii paſſivi ſecundum R.D. in Comment. unde exponit מוּכָנִים præparati, vel diſpoſiti ; & ſic habet Targum מְתַקַּנְיָא parati ; Pag. & ſteterunt,&c.in ſicco, in medio Jordane præparare ; Av. in alveo Jardenis firmi ; Jun.Similis eſt Ellipſis & modus loquendi, Joſ.4.3. tollite vobis hinc,è medio Jordanis, de loco,quo ſtant pedes ſacerdotum, הָכִין figendo, viz. veſtigium, duodecem lapides ; Coc. הָכִין prepara duodecem lapides ; Pag. quaſi eſſet Imper. hiph. Tollite &c.ex ipſo loco ubi ſtant ſacerdotum pedes firmi, duodecim lapides, Jun. A ſtatione pedum ſacerdotum הָכִין, præparando,&c.Av.Sic Ezech.7.14.clanxerunt tubâ, vel ut alii, clangite tubâ, הָכִין, & præpara omnia (quaſi eſſet Imper.hiph.) vel potiùs, & præparare omnia,pro,præparabunt omnia ; unde R.D. exp. præparabunt omnia quæ ſunt in agro, in medium civitatis ; Pag. Sed in Imper.piel, ſ.m. occ. in forma cum tzere in ult.pro chirek magno, ſimpl.& cum וַ cop.præf. ut ſeq. הָכֵן dirige,apta, Pſal.119.133.Prov.24.27. הָכֵן & para,præpara,Gen.43.16.Num.23.1,29. 1 Chron.29. 11. Jer.46.14. Ezech.38.7. ſed in pl.m.Imper.hiph.occ. plenè cum chirek magno penult.ſdque ſimpl. & cum וַ cop.præf. הָכִינוּ parate, præparate, Joſ.1.11. 1 Sam.23. 22. Iſa.14.21. Jer.51.12. וְהָכִינוּ & præparate, 1 Sam. 7.3.2 Chron.35.4,6. In fut.hiph.1.ſ.occ.ſimpl.& cum הָ parag.add. אָכִינָה præparabo, ſtabiliam, Job.29.7. Pſal89. 5. אֲכִינָה præparabo,1 Chron.22.5.& in 2.ſ.m.fut.hiph. occ.cum chirek magno plenè, vel defectivè cum chirek parvo, cui etiam priori formæ plenæ הָ eſt Aff.ut ſeq. תָּכִין parabis, Deut.19.3. Pſ.10.17..65.10..68.11. Ezech.4.7. תָּכֵן ſtabilias, Pſal.89.3. תְּכִינָהּ præparabis eam,Pſal.65.10. ſic & in 3.ſ.m.fut.hiph. occ. plenè cum chirek magno in ult. ſed cum וַ conv. defectivè abſque jod,& cum ſægol in ult.ut ſeq. יָכִין parabit,præparabit, diriget, Joſ.12.7. Job.27.16,17..39.3. Pſal.78.20. Prov. 16.9..21.29. וַיָּכֶן & paravit, ſtabilivit, 1 Chro.15.1..22. 5.2 Chron.17.5..26.14.& in 3.ſ.f.fut.hiph.cſt, תָּכִין præparat, Job.15.35. Prov.6.8. Item in 3.pl.m.fut.hiph.occ. cum וַ conv.plenè ; ſic, וַיְכִינוּ & pararunt, ſtatuerunt, Gen.13.25.1 Reg.5.18.2 Chron.31.11. Ezr.3.3. Prov. 30.25. In hophal הוּכַן præparatus, firmatus, conſtitutus eſt ; Av.Bu.Occurrit in præt. hoph. 3.ſ. m. cum cametz in ult.pro pathach ob pauſam ; ſed cum וַ conv. præf.cum pathach in ult.extra pauſam,ut ſeq.הוּכַן præparatus,Iſa.30.33. וְהוּכָן & præparabitur, vel præparetur,Iſa.16.5.Zach.5.11.Item cum וַ cop. præf.occ. cum kibbutz pro ſchurek penult.ſic, וְהֻכַן & præparabitur, Nah.2.6.In part.hoph.ſ.m.eſt, מוּכָן paratus, Prov.21. 31. & in forma pl.m.part.hoph.eſt, מוּכָנִים parati,Ezec. 40.43. Atque indè nomina, i.No. כֵּן m.Toar, ſive adject.rectus, Pag.quaſi firmus, ſtabilis & certus, non varians, Merc. rectum,rectè, 2 Reg.7.9. Num.27.7. Bu. Lex. rectus,paratus,perfectus,& ſubſtantivè, apparitio, Av. כֵּן nomen eſt rectus, & neutraliter rectum, ut Job. 9.35.& non timebo eum, quòd לֹא כֵן non rectus ego

ſim

Rad.60. לָקַשׁ; unde in piel, לִקֵּשׁ, collegit; sed propriè seros fructus; unde & vindemiavit; Bu.Lex. vel, tardare more pluviæ serotinæ; serò aut tardè vindemiare; Pag. secuit, resecuit,sicluit,& sicilivit; nam propriè dicitur de pratis demetendis ubi omnia gramina ad imum detondentur; & Metaph. tribuitur quoque vineæ, & significat illam devastare & abscindere funditus, non aliter quàm fænum secatur. Hinc Græcè λαξεύω, i.e. incido, sculpo; & Latinè per inversionem Radicis dicunt sicilio, & sicileo: est autem sicilirì, quum ea quæ prima sectione relicta sunt à fœnisecis iterată sectione demetuntur; Av. Occurrit in fut. Piel (à 3.f.m. יְלַקֵּשׁ colliget, vindemiabit; &c.) 3.pl. m. sic, Job.24.6. וְכֶרֶם רָשָׁע יְלַקֵּשׁוּ & vineam improbi vindemiabunt; q.d. serotinabunt, serò colligent: vindemiæ autem Hebræis seræ dicuntur, quòd fiunt desinente anno, nempe ante Septembrem, à quo annum civilem incipiunt; Bu.Lex.& vineam impii sicilient; Av. vineam improbi vindemiant; q. d. διαζύσι vel ὀπωρίζυσι. R.Jonas intelligit de collectione uvarum maturimarum relictarum in viudemia; ut monet Kimchius; Cocc. & vineam impius, i.e. singulus impiorum serò, aut tardè vindemiabunt. R.Jos.Kimchi (expositione accommoda, Merc.) explicat; Dixit scil. quod tardare fecerunt vineam ob necessitatem impii (vel potiùs, retardarunt vineam,in usum impii;Merc.) ac si d. quòd tardare fecerunt uvas, in vitibus,vindemiatis aliis vineis,ut bene maturescerent uvæ in vitibus & fecerunt vinum optimum:& à facie terroris impii expavescent, nec quisquam eas attinget, quanquam reliquas vindemiarunt vineas. Et R. Mosch Nachman,in agro alieno metent secundùm voluntatem suam, qui artollent agrum à Domino suo,& vineam, i.e. fatum (vel potiùs,fatam,i.e. in qua sunt quædam fata,Merc.) custodient sibi ipsis, & colligent ex illa quod est serotinum post vindemiam: Et R.Perutsol, & vineam impii alterius scil. tardare facient, & dimittent illam, nec capient ex illa quicquam, eò quòd sit impius, quales sunt ipsi: Lupus enim alterius Lupi carnem non edit.Et sic יְלַקְּשׁוּ est, tardare facient, dimittent; Pag. Quidam exp.serotinabunt, i.e.ante maturitatem vindemiabunt, ut verbum לָקַשׁ, ex nomine factum, sit, segetem ante maturitatem metere, vel vineam vindemiare. R. Sa. לָקַשׁ exp. צָמַח germen: itaque verbum indè factum exp. pro fructum colligere; Merc. Et vineam improbi vindemiant: Hebr.serò colligunt: proprium vindemiæ, quia fit desinente anno; Jun. Atque inde nomina, i. מַלְקוֹשׁ m.pluvia,viz.serotina,seu sera; Pag.Bu.&c.qui scil.sata opus habent, ubi jam in culmos & spicas succreverunt, ut grana turgescant, & matureścant. Unde sunt qui pro ejusmodi tempore segetum sumi putent aliquando, ut Zach.10. & Prov.16.Sed propriè talis pluvia designatur; ut יוֹרֶה vel מוֹרֶה præproperam illam pluviam denotat quæ paulò post jactam sementem decidit, ut sata proveniant: ὑστεὸν πρόϊμον ἢ ὄψιμον Græci appellarunt, pluviam præproperam,& seram,cujus Jacobus meminit Epistolæ suæ 5. cap. Merc. מַלְקוֹשׁ pluvia serotina, nempe mensis Maii messem antecedens, eámque promovens: quasi collectionis pluvia, quòd facit ut colligatur messis: יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ pluviam tempestivam & pluviam serotinam, Deut.11.14. Hinc inter plures rationes horum nominum legitur apud Talmudicos: יוֹרֶה est pluvia mensis Octobris, descendens lentè, non turbulenter, sensim erudiens terram, ad acceptum semen producendum, sicut homo imbuit Discipulum suum, doctrinam ipsi instillando: מַלְקוֹשׁ est pluvia mensis Maii, sic dicta, quòd fit שֶׁיִּלְקֹשׁ exscindens segetes, eas scil.maturando ut demetantur: aut מְמַלֵּא הַתְּבוּאָה בַּקַּשִּׁיָּה implens fruges existentes adhuc in stipulis sive calamis suis: vult dicere quod spicas impleat ac perficiat, granaque turgida reddat;Cod. Taanith, c.1.f.6. Bu. Lex. מַלְקוֹשׁ est sicilimentum, tempus scil. circa quod cordum seu sicilimentum nascitur, & quando de pluvia dicitur significat pluviam serotinam, quæ segetibus & cordis matureścentibus opus est; Av.70. ὑστεὸς ὄψιμος. Hebræi quasi ὑπομονητικῶς, &c. ut in Bu.Lex.Coc. Occurrit autem nomen hoc simpl.& cum ו, כְּ & לְ præf. ut seq. מַלְקוֹשׁ pluvia serotina, sive sera, Prov.16.15. Zach.10.1. וּמַלְקוֹשׁ & pluvia serotina, Deut.11.14. Jer.3.3..5.24. Joel.2.22. כְּמַלְקוֹשׁ sicut serotina, Hos.6.3. לְמַלְקוֹשׁ ad pluviam serotinam, Job.29.23. Item, 2. Indè etiam No. לֶקֶשׁ m. herba serotina, Pag.fœnum-cordum,i.e. granum serotinum post primam sectionem recreścens; Bu. Lex. sicilimentum,&c. ut Bu.Lex. quod in autumno secatur; Av. Spicilegium; Coc. quidam exponunt segetem quæ post primam graminis luxuriantis sectionem in culmos

&

& ſpicas ſuccrevit, nondum tamen maturuit: ut eo tempore Propheta locuſtas viderit, quo maximum damnum frugibus poſt luxuriantis graminis detonſionem (quæ regi ad æſenda pecora cedebat) afferre poterant; Merc. Occurrit autem nomen hoc ſimpl.& cum ה dem.præf. לָקֶשׁ fœnum cordum, ſive ſerotinum, Am. 7.1. הַלָּקֶשׁ fœnum cordum, Am.7.1.

Rad.61. לָשַׁד; indè No. לֵשַׁד recens, humidum: viride, Pag, vel,humor, ſuccus; Merc. Opponitur enim arido & ſicco, inquit R.D. in l. rad. Pag. Bu. Lex. לָשַׁד eſt latex; omnis humor qui intra aliquid latet. Cogn. cum שׁוּר, i.e. mamma, uber, continens humorem lactis; ſignificat autem propriè humorem craſſiorem inſtar pinguedinis; ut eſt in oleo, lacte, & in omni liquore, cujus coagulatio ſurſum emergit, & in ſuperficie natat; Av. præſtantiſſimus humor, calidus ſcil. per quem homo vivit, vel res animatæ vigent; Ab. Ezra in Bu.Lex.Occurrit ſimpl. & cum י. Aff. ut ſeq. לַשַּׁדִּי humor, Num.11.8. לְשַׁדִּי humor meus, Pſal.32.4.

Rad.62. לָשָׁךְ; indè לִשְׁכָּה, f. quod eſt חָדֶר aut חֶדֶר, cubiculum, ſella, Pag.Bu. Av. camera, exedra, conclave ad Templum Domini in Jeruſalem pro reponendis veſtibus, ſacrificiis, donariis & inſtrumentis ſacris; &c. cogn.cum הִשְׁלִיךְ projecit: nam in hujuſmodi ſellas ſeu conclavia rejiciebantur varia inſtrumenta, quorum uſus erat in ſacris faciendis; Av. Crediderim indè ductum λέσχη, ut notet locum publicum ad colloquia & συλλόγους inſtitutum. Erant circa templum conclavia varia ad varios uſus, maximè ad colloquendum de rebus divinis; Vulcanius ad Callim. Epigr. 2. λέσχη ex iis vocabulis eſt, quæ neſcio qua temporis & uſûs communis injuriâ, in vitium abierunt; λέσχαι enim propriè ſunt loca aprica, in quæ commentandi cauſâ convenire ſolent Philoſophi,&c.Hinc & Hierocles primo Philoſophicorum libro Leſchas olim vocatas fuiſſe ait Cathedras & conventicula, in quibus de ſapientiâ diſputationes habebantur: & λεσχαῖον Heſychius ἐξηγητὴν interpretatur; Cocc. לָשָׁךְ, inde לִשְׁכָּה noſter interpres Exedram interdum reddit, ſatis commodè: quòd foris ad Templum eſſent extructæ hujuſmodi Thecæ, aut conclavia ad reponendum vaſa, veſtes, donaria, & alia ſacra quibus ſacerdotes utebantur. Quidam volunt literarum metatheſi longiùs petita, à שָׁלַךְ deduci; quòd eò donaria projicerentur. Vulgò cameram vocant. Hinc לִשְׁכַּת הַגָּזִית, apud Hebræos, cella conſiſtorii, ubi Synedri, quos corruptè vocant Sanhedrin, jus dicebant: quòd eſſet ex quadro & exciſo lapide conſtructa. Idem valet נִשְׁכָּה ob literarum Nun & Lamed affinitatem, cùm eodem organo proferantur. Ac non deſunt qui utrumque ad שָׁכַן reducant literarum metatheſi; Merc.Occ. autem nomen hoc ſimpl. & cum ה & ה præf. לִשְׁכָּה cubiculum, Neh. 13.5. וְלִשְׁכָּה & cubiculum, Ezech.40.38. הַלִּשְׁכָּה cubiculum, Neh.13.8. Ezech.40.45..42.1. וְהַלִּשְׁכָּה & cubiculum, Ezec.40.46. & in forma conſtr.occ.etiam ſimpl. & cum ב, ל & מ præf. לִשְׁכַּת cubiculum, 2 Reg.23.11.Ezr.10.6. Jer. 35.4..36.12. בִּלְשָׁכַת in cubiculo; Neh.13.4. Jer.36.10, 19. לִלְשָׁכַת in cubiculum, Jer.35.4. מִלִּשְׁכַת è cubiculo, Jer.36.21. ſed occurrit etiam cum ה locali in fine; ſic, לִשְׁכָּתָה in cubiculum, 1 Sam.9.22. & in forma pl.f.occ. ſimpl.& cum ה dem.præf. לְשָׁכוֹת cubicula, 2 Chr. 31. 11.Ezech.40.17,.42.10..45.5. הַלְּשָׁכוֹת cubicula, 1 Chr. 9.26..23.28..28.12. Neh.10.39,40..13.9. Jer.35.2. Ezech.41.10..42.4,7,8.9,11,12. Item cum וה & ב præf. ſic, וְהַלְּשָׁכוֹת & cubicula, Ezech.42.5. בַּלְּשָׁכוֹת in cubiculis, 1 Chron.9.34. & in forma pl.f.conſtr.occ.ſimpl. & cum ה & ב præf. לִשְׁכוֹת cubicula, Neh. 10.38. Ezec. 40.44..42.13. הַלִּשְׁכוֹת cubicula, Ezr.8.29. Ezech.46. 19. בַּלִּשְׁכוֹת in cubiculis, Ezech.44.19.

Rad.63. לֶשֶׁם m.eſt genus lapidis pretioſi quem Hieron. ligurium vocat, ac ſic etiam Joſephus; Lapidem autem hunc Plin.l.37.c.4. Lyncurium appellat: & eſt gemma è lyncis urina coacta; ut copioſè ſcripſimus in Annotamentis noſtris, Pag. לֶשֶׁם Achates, Bu.Conc. Exod.28.19. & 39.12. Cyanus, lapis pretioſus cærulei coloris. Kimchi ex R. Jonah, topazium eſſe ſcribit; Chald. לִינְכִּירִי, quem quidam Lyncurium interpretantur; Bu.Lex. Lyncurius autem gemma eſt coloris ſubflavi, quem vetuſtas credidit ex lyncis urina concreſcere; in qua ſententia quoque eſt Plin.l.4.c.38.Av. Eſt gemma quam 70. ὑάκινθον vertunt R.Jonah ait dici Arabice אלגז; Topazius,is Kimchio; Onyx Golio, Coc.

Rad.64. לָשַׁן linguax fuit, oblocutus eſt, obtrectavit, detulit aliquem linguâ ſuâ, detraxit falſâ accuſatione. Cogn.cum verbo שָׁנַן acuit, & נָשַׁל ejecit; nam obtrectatores acuunt linguam ſuam ut gladium, ad ejiciendum (vel dejiciendum) aliquem, juxta Pſa:64.Hinc λέσχη lingua, λεσχηνεύτης calumniator, obtrectator, λεσχηνία contumelia, obtrectatio. Item, præpoſito γ, fit γλῶσσα lingua, gloſſa; Av. Qui ſolus hanc radverbaliter in kal deſcribit: Piel autem & Hiphil vide ad finem Rad.Reliqui verò initium radicis ſumunt à No. לָשׁוֹן comm.gen. ſed ſæpiùs fæm. lingua; Pag.Bu. Av. Coc.Metonymicè ſermo; & metaphoricè ad varia tranſfertur: ut,lingua maris, pro ſinu, Joſ.15.2. lingua auri, pro lingula aurea; Joſ.7.21. lingua ignis, pro flamma extrema in ſpeciem linguæ ſe protendenti; Iſa.5. 24. Bu.Lex. Tribuitur rebus inanimatis, ut lingua maris dicitur ille fluctus qui excurrit alluendo ad oram quam lambendo atterit; ità lingua ignis eſt flamma quæ inſtar linguæ allambit & exedit ligna; Av. Non ſolùm corporis membrum ſignificat: ſed & poſtea ſermonem & ſermonis idioma, ſicut & nomina פֶּה os & שָׂפָה labium. Tranſfertur & ad rem quamlibet quæ linguam refert ſimilitudine, ut ad ornamentum aureum formatum inſtar linguæ, Joſ.7. ſicut & vernaculè vocamus, Linguot d'or: item ad flammam, quæ linguæ more res allambit comburendo. Inſuper ad ſinum maris in terram excurrentis, Joſ.7.& aliàs. Chaldæus כֵּיפָא petram ſeu promontorium convertit. Reperitur utroque genere, ſed ſæpiùs fæmineo. Apud R R. pro expoſitione ſumitur, ſicut & nos Gloſſam & Gloſſema uſurpamus; quinimo & ad quævis dictionum attributa deſignanda uſurpamus; Merc.Cev. Occurrit autem nomen hoc ſimpl.locis ſeq. לָשׁוֹן lingua, Exod.4.6. Job.5.21.Pſ. 12.4..120.3..140.12.Prov.6.24..15.4..16.1..18.21..28. 23.Iſa.33.19..45.23..54.17..57.4. Ezech.2.5,6..36.3. cui etiam in forma abſol. לְ, בְּ, הַ, וּ, כְּ & מִ ſunt præf. & lingua, Prov.25.15. הַלָּשׁוֹן lingua, Joſ.15.2, Eccl.10.11. בְּלָשׁוֹן linguâ, Jer. 18.18. וּבְלָשׁוֹן & in

lingua, I.a.28.11. מִלָּשׁוֹן à lingua, Psal.120.2. & in forma constr.cum Scheva penult.occ. locis seq. לְשׁוֹן lingua Jos.7.24..18.19.Job.15.5..20.17.Psal.52.6..68.24..109.2.Prov.6.17..10.20..12.19..15.2..17.4..25.23..26.28. Isa.5.24..11.15..35.6..50.4.Lam.4.4.Zeph.3.13. cui etiam formæ constr.ִ, ֵ, ֶ, ְ & מִ ְ sunt præf. וְלִשׁוֹן & lingua, Jos.7.21.Prov.10.31..12.18. Isa.32.4. Dan.1.4. בִּלְשׁוֹן in lingua, Prov.21.6. כִּלְשׁוֹן secundum linguam, Esth.1.22. וְכִלְשׁוֹן & juxta linguam, Neh.13.24. מִלְּשׁוֹן à lingua, Jos.15.5. sed occurrit etiam forma constr. cum variis affixis; ut cum ִי Aff. cui etiam ִ & ֵ sunt præf. לְשׁוֹנִי lingua mea, 2 Sam.23.2.Job.33.2.Psal.45.2..51.16..66.17..71.24..119.172..137.6. וּלְשׁוֹנִי & lingua mea, Job.27.4. Psal.22.16.. 35.28. בִּלְשׁוֹנִי in lingua mea, Job.6.30. Psal.39.2,4..139.4. & cum ִין Aff. cui ִ & ַ sunt præf. & cum ָה ַ vel in pausa ָה Aff. cui eriam ִ cop.est præf. ut & cum ֶם & ֵ Aff. simpl. ut seq. וּלְשׁוֹנֵנוּ & lingua nostra, Psal.126.2. לְלְשׁוֹנֵנוּ linguæ nostræ, Psal.12.5. לְשׁוֹנְךָ lingua tua, Psal.34.14. לְשׁוֹנֶךָ lingua tua, Psal.52.4. וּלְשׁוֹנְךָ & lingua tua,Psal. 50.19. Ezech.3.26. לְשׁוֹנָם lingua vestra, Isa. 59. 3. לְשׁוֹנֵךְ lingua tua, Cant.4.11. Item cum ִי Aff. occ.locis seq. לְשׁוֹנוֹ vel sine vau,lingua ejus,sua,Exod.11.7.Deut. 28.49. Jos.10.21.Job.20.12..40.25. Ps.10.7..15.3. Jer. 5.16. cui etiam ִי, ֵ, ְ & ַ sunt præf. וּלְשׁוֹנוֹ & lingua ejus, Psal.37.30. Prov.21.23.Isa.30.27. Zach. 14. 12. בִּלְשׁוֹנוֹ linguâ suâ,Jud.7.5.Prov.17.20. כִּלְשׁוֹנוֹ juxta linguam ejus, Esth.1.22.. 3.12.. 8.9. לִלְשׁוֹנוֹ juxta linguam suam, Gen.10.5. & cum ָה Aff. occ. loco seq. לְשׁוֹנָהּ lingua ejus, Prov.31.26. sed æpiùs cum ם Aff.cui & ִי, וְ & וְ sunt præf. לְשׁוֹנָם lingua eorum, sua, Psal.5.10..55.10..64.4,9..140.4.Isa.3.8..41.17.Jer. 9.2,4,7..23.30.Hos.7.16. וּלְשׁוֹנָם & lingua ipsorum, Job.29.10. Psal.57.5..73.9.Mich.6.12. וּבִלְשׁוֹנָם & linguâ suâ, Psal.78.36. וְכִלְשׁוֹנָם & secundum linguam ipsorum, Esth.8.9. Item in forma pl.f.occ. simpl.& cum וַהּ præf.ut & cum ל præf.& ם Aff.ut seq. לְשׁוֹנוֹת linguæ, Psal.31.21. Zach.8.23. וְהַלְּשׁוֹנוֹת & linguæ, Isa. 66.18. לְלְשׁוֹנוֹתָם secundum linguas suas, Gen. 10.20, 31. Atque hinc fit verbum in Piel לָשַׁן obtrectavit; Av. vel potiùs verbum quadratum in poel ; Pag.viz. לוֹשֵׁן, quod est detrahere, calumniari, accusare; Pag. Bu. quasi linguare dicas; i.e. linguâ deferre aut denigrare, Merc. In part. piel,f.m. regulariter esset מְלַשֵּׁן, vel in forma poel, מְלוֹשֵׁן obtrectans, detractans,calumnians; sed Psal.101.5.Occurrit cum vau redundante,& jod parag. Bu.Lex. Sic מְלוֹשְׁנִי detrahentem, accusantem,aut detrahere, vel accusare facientem occultè amico suo, vel socio suo , i.e. alteri ; hunc succidam aut succidere faciam.&c. ubi jod, inquit R. D. redundat; dicitur autem מְשׁוֹפֵּף sicut סְלוֹשֵׁן: & quia jod fuit additum, Lamed est cum cametz cateph ; Pag. unde Masoreth vau omnino abundare meritò annotat. Vim habet nominis participialis , delator ; Merc. obtrectans ; analogum, secundum literas est מְלוֹשְׁנִי cum Paragoge;Coc. Est participium compositum ex 2. & 1.Conjug. & jod à tergo est paragogicum,obtrectantem clàm, &c. Av. linguâ lædens , vel detrahens aut calumnians ; Bu.Lex.In hiphil , הִלְשִׁין idem cum piel, linguâ detrahere, calumniari ; Bu. detulit aliquem linguâ suâ ; Av. In fut. Hiphil, 3.s.m. יַלְשִׁין, vel יְלַשֵּׁן accusabit , calumniabitur , &c. unde in 2.s.m. præt.hiph. occ. in forma cum Tzere , Prov.30.10. Nè תַּלְשֵׁן accuses vel calumnieris servum Domino suo ; Bu.Conc. Pag. Vel apud Herum suum; Merc. Nè linguâ offendas , insimules, aut deferas, &c. Bu.Lex.Av.Cocc. De nomine autem quædam Phraseologiæ , in quibusdam locis , notandæ ; ut Eccl. 10.11. בַּעַל הַלָּשׁוֹן dicitur linguosus. Sed Psal. 120. 2. מִלָּשׁוֹן לָשׁוֹן רְמִיָּה fortè per Ellipsin, pro מִלָּשׁוֹן לָשׁוֹן רְמִיָּה 2 Sam.13 2. מִלְּתוֹ עַל לְשׁוֹנִי verbum ejus in lingua mea, i.e. verbo-tenus recito dicta ejus. Isa.45.23. Mihi --- jurabit כָּל לָשׁוֹן omnis lingua, i.e. omnes homines sine distinctione. Psal.10.7. תַּחַת לְשׁוֹנוֹ sub lingua ejus, h.e. in corde, ex cujus abundantia loquitur lingua. Sic Psal.66.17. exaltatio sub lingua mea est : cor parturit laudes : & Cant.4.11. mel & lac est sub lingua tua ; Metaphora, i.e. in corde,unde,velut ex thesauro, per linguam suavissima & vivifica verba profers. Jos.15.5. מִלְּשׁוֹן הַיָּם à lingua maris , h.e. maris extremo angulo , ubi Jordanes in id se infundit; Coc.

Rad. 65. לָחַח vestivit linteis sacris quibus utebantur Sacerdotes Baal in litando & sacrificando , aliisque sacris peragendis. Cogn. cum חָבַשׁ fasces seu lineamentis involvit. Hinc λιτάζομαι, i. e. lito, as, are ; litatio. Verbaliter non reperitur ; Av. Sed est indè nomen.cum Mem formativo præpositio, viz. מַלְחָחָה f. vestis aut locus in quo custodiuntur vestes, inquit R. D. Vestiarium, Pag. Bu. Lex. Targum, קַמְטְרָא arca ; Bu. Lex. scrinium in quo reponebantur Vestes litationis : vestiarium ; Av. Cocc. prout explicant ex contextu ; Cocc. Occurrit cum הַ dem. 2 Reg.10.22. & dixit ei qui erat super הַמַּלְחָחָה vestem, i.e. præposito vestium ; vel super vestiarium, aut, thesauro vestium ; Pag. Av. Targum, קוּמְטְרָא arcam. Apud Doctores enim Hebræorum קוּמְטְרֵי vel cum cametz catuph קָמְטְרֵי דְסִפְרֵיא significat arcas (five armaria) in quibus reponuntur libri : vel,tabulas quæ libris superponuntur, & quibus illi compinguntur : ut ita tegantur & conserventur. Sic מַלְחָחָה locus est, aut vas ubi custodiuntur vestes, seu instrumentum ei rei destinatum. Sunt qui ad חָתַל reducant, literis transpositis, quod est involvere, quasi sit ubi ponebantur ea quibus involvebantur, i.e. vestes lineæ,vestiarium,scrinium seu theca vestium. Eo tantùm loco occurrit ; Merc. Cev.

Rad. 66. לֶחֶךְ m. est media pars cori aut modii, inquit R. D. Pag. semichomer, vel semichorus : mensura continens quinque Ephas; Bu. Lex. lecythus ; nomen vasis seu mensuræ apud Hebræos continentis dimidium Homer, juxta versionem D.Hier. hinc per transpositionem literarum λήκυθος lecythus ; Av. Kimchi dicit esse חֲצִי הַחוֹמֶר dimidium chomer: ità quinque Ephæ forent ; Cocc. Occurrit cum ו cop. præf. Hos. 3.2. & coro hordeorum וְלֶחֶךְ & dimidiâ parte cori hordeorum ; Hier. & dimidio cori hordei ; Pag. & lecytho hordei ; Av. Est semicorus , seu mensura sesquichomer ; Bu. Conc.

Rad. 67. לָחַץ comminuit seu commoluit dentibus. Cogn. cum נָחַץ contrivit ; & cum חָלַץ coccus , vermiculus minimus. Hinc ἐλαττόω minuo,comminuo, ἐλάττων minor, &c. Av. In Niphal, נִלְחַץ commoli ; Bu. Lex. vel, evellere & eradicare dentes ; Pag. Occurrit in præt. Niph. 3. pl. Job.4.10. dentes leunculorum

rum נִמְעֵי commoluntur; Bu. Lex. Cocc. vel evulsi vel comminuti sunt; Pag. Merc. Est cum defectu primæ Radicalis; Bu. Lex. nam secundùm normam debuerat esse נִלְחֲעֵי; Pag. cum cametz scil. pro scheva penult. ob pausam. Atque indè est nomen heemant. cum Mem. præpositio, מַלְחֲעוֹת pl. f. molares aut majores dentes; Pag. Bu. Lex. Av. seu maxillares, quibus scil. comminuitur cibus; Av. Occurrit in forma constr. in pl. f. cum scheva scil. penult. Psal. 58. 7. מַלְחֲעוֹת molas, five molares dentes, leunculorum contere; Pag. maxillares leunculorum; Av. Idem est literis transpositis, cum מְתַלְעוֹת; Bu. Lex. Merc. quod vide in תָּלַע; Merc. [quadratum verbum לַהֲלַהּ quære in Rad. לָהָה; Pag.]

Radices, & derivatæ Voces, incipientes à Literâ מ *Mem.*

RAD. 1. מְאֹד vel מְאוֹד, est valdè, vehementer, admodum; Gen.1.31. & quum geminatur, (ut בִּמְאֹד מְאֹד 2 Reg.10.4. Bu. Lex.) vehementissimè, summè, quamplurimùm, Pag. Bu. Lex. nimis admodum; est propriè nomen significans vehementiam seu quantitatem rei; & nominibus adjectivis additum, construit superlativum gradum. Cogn. cum מָדַד mensuravit in quantitate; Av. Primitùs quidem nomen esse videtur, & deduci à מָדַד, ut notet commensum & συμμετρίαν virium & actionis, ità ut actio habeat virium usum & contentionem, sive fiat בִּמְאֹמֵצַי כֹחַ cum contentione virium, Job.36.19. Cocc. Quidam putant esse nomen adject. validum, vehemens, quod adverbialiter usurpatur plerumque: sed substantivum potiùs videtur, ut habes in fine Rad. Kimchi exponit רִבּוּי multitudinem; vel רַב multum. Positivo adjunctum, facit superlativum latinè; sic etiam geminatum, ut suprà dictum, Merc. עַד מְאֹד significat usque valde, admodum, Pag. Bu. Lex. Psal.119.8. hoc est, penitùs, Cocc. Sed significat, ut dictum, nominaliter, vires, robur, fortitudinem, abundantiam, copiam; Pag. Bu. Lex. facultas, substistentia, vires, Bu. Conc. & sic occurrit cum הָ.., pro הָ.., Aff. ob pausam; sic, Deut. 6.5. & totâ מְאֹדֶךָ fortitudine tuâ, vel omnibus viribus tuis; Targum, & omni substantia tua; Pag. & sic cum וֹ aff. 2 Reg.23.25. & totâ מְאֹדוֹ fortitudine suâ, vel totis viribus suis; Pag. Bu.Lex. vel facultatibus suis, prout Targum; & tota substantia sua, per vires intelligendo, opes; sicut etiam in loco præced. Merc.

Rad. 2. מֵאָה comm. gen. centum, ἑκατόν. Pag.Bu. Av. Cocc. Substantivè usurpatum, ut in regimine, est Gen. fæm. singularis numeri ratione terminationis He: sed adjectivè usurpatum est generis omnis, & construitur cum nominibus singularibus, quemadmodum & reliqua numeralia, post decem, junguntur omnibus singularibus, contra Latinorum consuetudinem; Av. Litera He est signum fæmineum, deficiente He radicali, secundum R. Jonah, & R.D. in Michlol, & in lib. Rad. & alios grammaticos Hebræos, & sic, in omni nomine deficiente in He quiescens, quum (vel quod, Merc.) punctatur cum cametz magno, cujus probatio est, quia in regimine & cum pronominibus mutatur in Thau. Si verò punctetur cum sægol, tum He est radicalis literæ: idcirco in regimine & cum pronomine non mutatur in Thau, Pag. Pro Radicale visum est hoc loco reponere ex Kimchi, quiescens. Nam quod sequitur repugnabat. Cæterum He radicale deficiens in מֵאָה, apparet in plurali conversum in jod, in מֵאוֹת infrà. Tribuitur autem מֵאָה tam masculis quàm fæmininis: ac interdum eodem sensu in regimine effertur מְאַת, quod per centenarium rectiùs efferetur juxta vocis proprietatem; Merc. Cev. Occurrit autem nomen hoc frequenter in textu, ut in forma simpl. & absol. מֵאָה centum, Gen.6.3.. 11.10..17.16..21.5..23.1..26.12..50.22,26. &c. ad Am. 5.3. in 100. circ. l. cui etiam וֹ cop. est præf. sic, וּמֵאָה & centum, Gen.5.3. Lev.26.8. Num 2.24. &c. ad 2 Chron.9.30. in 30. circ. l. Sed occ. etiam cum הַ, בְּ & לְ præf. ut seq. הַמֵּאָה centum, Neh.3.1..12.39. Ezec.42. 2. בְּמֵאָה pro centum, Gen.33.19. Jos.24.32. 1 Sam. 18.25. 2 Sam.3.14. 2 Chron.25.6. לְמֵאָה è centum, Jud. 20. 10. 1 Chron.12.14. 2 Chron.5.12. In forma constr. ff. simpl. occ. in locis seq. מְאַת centum, Gen. 25.7,17..35.28. Ex.38.25,27. Num.2.9,16,24.31. Eccl. 8.12. cui etiam formæ constr. וֹ & לְ sunt præf. ut seq. וּמְאַת & centum, Gen.5.6,18,25,28..7.24,26..11.25.. 47.9,28. Exod.6.16,18. Num.33.39. Neh.5.11. Est.1.4. לְמֵאַת ad, in centum, Exod.38.27. Sed sæpiùs multò occ. in forma pl. f. מֵאוֹת centum, Gen.5.5,6,8,10, 12,13,14,16, &c. ad Dan.8.14..12.12. in 300. circ. l. Sed occ. etiam forma pl. f. cum cholem tantùm absque Vau; sic, מֵאֹת centum, Gen 5.4,30,31..23.15. Item cum הַ dem. præf. formæ cum Vau; sic, הַמֵּאוֹת centum, Exod.38.28. Num.31.14,28,48,52. 2 Reg.11.19. 1 Chron.28.1. 2 Chron.23.1,2,9,14..25.5. & interdum cum הַ dem. præf. He radicale vertitur in jod; Pag. vel est cum jod redundante; Bu. Lex. sic, 2 Reg.11.4, 9,10,15. הַמְּאוֹרֹת centum, centenorum; Bu. Conc. vel centuriones; Bu. Lex. scribitur quasi esset efferendum הַמְּאָיוֹרֹת; sed Masorethæ absque jod legendum docent pro הַמְּאוֹרֹת; Bu. Lex. Pag. & Merc. Item occ. etiam cum וְ & לְ præf. sic, וְהַמֵּאוֹת & centum, Num.31.54. 1 Chron.13.1..26.26..27.1..29.6. 2 Chron.1.2. לְמֵאוֹת ad centum, centeni, 1 Sam.29.2. 2 Sam.18.4. 2 Chron.25.9. & in forma duali fæm. sæpe etiam occurrit sic, מָאתַיִם ducenti, vel ducentæ, Gen. 11.23..32.14. Jud.17.4. &c. ad Dan.12.11. in 60. circ. l. quæ forma dualis cum וֹ cop. præf. occ. vel extra pausam, וּמָאתַיִם vel in pausa וּמָאתָיִם & ducenti, vel tæ, &c. Gen.11.19.21,32. Exod.30.23. &c. ad Ezech.45.17. in 30 circ.l. Item occ. etiam cum הַ præf. extra pausam & cum וְ in pausa; sic, הַמָּאתַיִם ducenti, Ezech.45.15. וְהַמָּאתָיִם & ducenti, Num. 3. 46. De nomine autem hoc pauci quidam notandi loci; viz. Isa.65.20. הַנַּעַר בֶּן מֵאָה שָׁנָה יָמוּת puer centum annos natus morietur. Qui in pueritia morietur, tantam habebit notitiam, quantam olim centum annos natus. וְהַחוֹטֵא בֶּן מֵאָה שָׁנָה יְקֻלָּל & peccator annos centum natus maledicetur; tam inexcusabilis erit, ut olim natus centum annos. Neh.3.1. מִגְדַּל הַמֵּאָה turris centum: 70. τὸν πύργον τὸν ἑκατόν. Ea turris in hoc loco succedit portæ ovium: quæ juxta Templum erat

erat in muro orientali urbis versus Aquilonem. Inter eam portam & portam piscium duæ turres constituuntur, turris centum, & turris Chananeel. Vide & cap. 12.39,40. Eccl.8.12. peccator עֹשֶׂה רַע מֵאָה facit malum centies; ubi nomen adverbialiter sumitur; Cocc.

Rad. 3. מָאַם, indè מְאוּמָה cum He redundante, inquit R. D. & significat, aliquid, quicquam, quantulumcunque; Pag. Bu. Cocc. מְאוּם quicquam, aliquid: sed usitatiùs legitur cum He paragogico; & est cogn. cum מוּם, i.e. reprehensio, macula, vitium, &c. nam plerumque in vituperium seu malam partem accipitur, Av. 70. μωμ, Gen.39.6. וְלֹא יָדַע אִתּוֹ מְאוּמָה & non curabat cum ipso quicquam, i.e. committebat ei omnia penitus, nihil inspiciens: sic, v.23. præfectus carceris non videbat אֶת־כָּל־מְאוּמָה בְּיָדוֹ ullam rem in manu ejus, i.e. nihil, quod ipse faciebat, inspiciebat. Deut.24.10. כִּי תַשֶּׁה בְרֵעֲךָ מַשַּׁאת מְאוּמָה quum credideris alteri quicquam; Cocc. Num.22.38. Numquid potens potero loqui מְאוּמָה quicquam? Pag. sunt qui ad מִים, quod & מָאוּם dicitur, reducant, de quo infrà; & utcumque ad אָמַם, quasi aliquid certi vitii & maculæ significet; in universum, quicquid reprehensione dignum occurrit in corpore, velut nævus, aut in vita; μῶμος Græcum indè fluxisse credunt: sed generaliter significat quicquam quod notam habeat, seu quod notari possit: ut vernaculè dicimus, il n'en tient tache, significantes nè minimum quidem. Sed vide ut nè duo hæc significata confundas, ut quidam confundunt. In posteriori significatu non nisi cum He Nosepheth invenitur: tametsi quidam מָאוּם, Job.31. pro מְאוּמָה poni putant, ut in fine radicis habes; Merc. Occurrit etiam cum præfixis, Jud.14.6. cum וְ cop. וּמְאוּמָה & aliquid non erat in manu illius, i.e. nihil erat. Et 1 Reg.10.21. cum לְ præf. Non reputabatur in diebus Solomoh לְמְאוּמָה aliquid, quicquam, vel quantulumcunque. Sed invenitur etiam sine He; Aleph quiescente, & punctatura transeunte in Mem, inquit R.D. Job.31.7. & num, vel si, manibus meis adhæsit מאום? Hieron. macula; deducens à מוּם, sine Aleph. Targum, מְרַעֲם חְבוּלָא aliqua corruptio: Ab. Ezra, quicquam. R.D. tamen deducit à Rad. מוּם & dicit esse cum duabus literis quiescentibus, Aleph scil. & Vau; (& juxta Masorethas etiam legendum מוּם macula; Bu. Lex.) & sic Dan.1.4. pueros in quibus non sit מאום macula. Scribitur cum Aleph, מָאוּם, sed legitur sine Aleph, מוּם; Pag. [מָאַן Chald. vas, &c. vide in Conc. chald.]

Rad. 4. מָאַן; unde in Piel מֵאֵן, est, renuere, abnuere, recusare, nolle; Pag. Bu. Cocc. oppositum אָבָה Isa. 1.20, 21. אִם תֹּאבוּ si acquieveritis, &c. וְאִם תְּמָאֲנוּ & si abnueritis, &c. Cocc. מָאַן renuit, recusavit, est cogn. cum אַיִן, i.e. non, & constructur plerumque cum modo infinitivo. Hinc ἀμύνω repugno; Av. Occurrit autem in præt. Piel, 3. & 2.s. m. & f. ut & in 3. pl. & 2. pl. m. ut seq. מֵאֵן renuit, Exod.7.14. Num.22.14,16. Deut.25.7. 1 Reg 21.15. מֵאֲנָה renuit, Job.6.7. Psal.77.3. Jer.15.18.31.14. מֵאַנְתָּ renues, Exod.10.3. מֵאַנְתָּ renuisti, Jer.3.3. מֵאֲנוּ renuerunt, Psal. 78.10. Prov.21.7.25. Jer.5.3.8.5.9.5.11.10.50.33. Hos.11.5. מֵאַנְתֶּם renuistis, Exod.16.28. & in infin. Piel. occ. loco seq. מָאֵן renuendo, Exod.22.17. & in fut. Piel 2.s. m. occ. cum וְ conv. præf. וְתִמְאַן & renuisti, Exod.4.23. & in 3.s.m. fut. Piel occ. simpl. & cum וַ conv. præf. וַיְמָאֵן renuet, Exod.22.16. וַיְמָאֵן & renuit, Gen.37.35.39.8.48.19. Num.20.21. 1 Sam.28.23. 2 Sam.2.23.13.9.1 Reg.20.35. 2 Reg.5.16. ut & in 3.s. f occ. cum וַ conv. præf. וַתְּמָאֵן & renuit, Est.1.12. Item in 2. & 3. pl. m. fut. Piel occ. simpl. & cum וַ conv. præf. utrique, prout seq. תְּמָאֲנוּ renuetis, Isa.1.20. וּתְמָאֲנוּ & renuistis, Prov. 1. 24. יְמָאֲנוּ renuent, Jer.25.28. וַיְמָאֲנוּ & renuerunt, 1 Sam.8.19. Neh.9.17. Zach.7.11. Atque indè est nomen Toar, seu adject. מָאֵן m. renuens. Pag. Bu. Av. est adject. loco partitipii; Bu. Lex. vel nomen participiale, cui Latini non habent nomen correspondens; Av. & est מָאֵן formæ מַהֵר festinans, שָׁבַח laudans; Bu. Lex. Phrasis, autem אִם מָאֵן אֹתָהּ, Exod.7.27. est pro מָאֵן מְמָאֵן: solet enim omitti verbum post infinitivum, qui solet cum verbo reduplicari; ut Exod.22.16. si renuendo renuerit pater ejus, &c. Kimchi confert וְשַׁבַּח אֲנִי, quod est Eccl.4.2. id verò eodem modo explicari potest, וְשַׁבַּח מְשַׁבַּח אֲנִי, &c. Cocc. Occurrit verò nomen hoc in s. m. locis seq. מָאֵן renuens, Exod.7.27..9.2..10.4. Jer. 38.21. sed in forma pl. m. occ. cum ־ִם dem. præf. quasi à sing. מָאֵן, formæ חָרֵשׁ, אִלֵּם, &c. Bu. Lex. sic הַמְּאֵנִים qui renuunt, Jer.13.10.

Rad. 5. מָאַס in kal est, reprobare, abjicere, repellere, spernere, contemnere, floccifacere, floccipendere, Pag. rejicere cum fastidio tanquam vile & contemptum, quippiam. Cognatum est verbo מָסַס. Opponitur verbo בָּחַר eligendi. Per ἀποδοκιμάζειν converterunt, & interdum per ἐξουθενεῖν, pro nihilo habere, Act.4. & tunc cum Accusativo construitur. Construitur & cum Beth: etsi quidam tunc malint ad animum referre, quem rei satietas cepit, ut eam fastidiat, & cum fastidio rejiciat. Sunt qui vertant, fastidium habere. In Job aliquoties absolutè ponitur, & significat sui ipsius fastidium habere; &c. Merc. מָאַס sprevit, respuit, reprobavit, aspernatus, aversatus est. Construitur cum Accusat. & præp. Beth; Bu. Lex. Reprobavit ex odio, repudiavit tanquam rem abominabilem, cum accus. & cum Beth, fastidium habuit. Targum sæpe exp. pro abominari. Et est cogn. cum מָסַס & מָסָה liquefactus est, dissolutus est: nam cor liquescens est reprobum & abominabile. Hinc μισέω odi, μῖσος odium, &c. Av. Occurrit autem in præt. kal, 3.s. m. simpl. & cum ־ָם aff. מָאַס sprevit, Isa.8.6.33 8. Jer.2.37.6. 30..7.29. מָאֲסָם spernit eos, Ps.53.6. & in 2.s.m. præt. kal occ. etiam simpl. & cum He parag. add. & נוּ Aff. ut seq. מָאַסְתָּ spreviisti, 1 Sam.15.23. Job.34.33. Jer.14. 19. Hos.1.6. מְאַסְתָּה spreviisti, Jud.9.38. 1 Sam.15.26. מְאַסְתָּנוּ spreviisti nos, Lam.5.22. ut & in 1.s.præt.kal, occ. etiam simpl. & cum וְ conv. præf. ut & cum הָ, וְ & הוּ & ־ָם Aff. ut seq. מְאַסְתִּי sprevi, Job.7.16..30.1. Am.5.21. וּמְאַסְתִּי & spernam, 2 Reg.23.27. מְאַסְתִּיהָ sprevi te, Isa.41.9. מְאַסְתִּיו sprevi eum, 1 Sam.16.1. מְאַסְתִּיהוּ sprevi eum, 1 Sam.16.7. מְאַסְתִּים sprevi eos, Lev.26.44. Item in 3. pl. præt. kal occ. extra pausam cum cateph patach, sed in pausa cum camerz penult. ut & in 2. pl. m. simpl. ut seq. מָאֲסוּ spreverunt, 1 Sam.8. 7. Job.19.18. Psal.118.22. Isa.5.24. Jer.4.30. מָאֲסוּ spreverunt,

verunt, Lev.26.43. 1 Sam.8.7. Jer.8.9. Ezech. 5.6..20. 13,16,24. מְאַסְתֶּם ſpreviſtis, Num.11. 20. 14.31. 1 Sam.10.19. in part. ben. kal ſ. m. eſt מוֹאֵס ſpernens, Prov.15.31.Iſa.33.15. & in forma ſ. f. occ. cum duplice ſægol ante Thau; ſic, מוֹאֶסֶת ſpernens, Ezech.21. 10,18. In Infin. kal occ. ſimpl. & cum ו cop. & ה interog. præf. מָאוֹס ſpernere, ſpernendo, Iſa.7.15,16.Lam. 5.22. וּמָאוֹס & contemnere, contemptum, Lam.3.45. הַמָּאֵס an ſpernendo, Jer .14.19. ſed cum affixis cholem tranſp. & mutatur in camets catuph, ut cum כֶם; vel in cateph camets, ut cum ם Aff. ſic, מַאַסְכֶם ſpernere vos, Iſa.30.12. מָאַסְתֶּם ſpernere eos, Am.2.4. In fut.kal, 1.ſ.oc.ſimpl.cum pathach.in ult. אֶמְאַס ſpernam, Job.9.21..31.13..42.6. Jer.31.36..33.26. ſed cum ו conv. præf. occ. cum aleph abundante ante ה Aff. ſic, וַאֲמַאֲסֶהָ & ſpernam te, Hoſ.4.6. Item in 2. ſ. m. fut. kal occ. extra pauſam cum pathach, ſed in pauſa cum camets penult. cui ult. ו conv. etiam præf. תִּמְאַס ſpernes, Job.10.3. תִּמְאָס ſpernes, Job.5.17. Prov.3.11. וְתִמְאָס & ſpreviſti, Pſ.89.39. ſic etiam in 3.ſ.m.fut. kal occ. cum pathach, ſed in pauſa cum camets penult. cui etiam ו conv. eſt præf. idque ſimpl.& cum ה Aff. prout etiam occ. cum ם Aff. cui etiam ו conv. eſt præf. יִמְאַס ſpernet, Job.8.20. יִמְאָס ſperner, Job.36.5.Pſal. 36.5. וַיִּמְאַס & ſprevit, 2 Reg.17.20. Pſal.78.59,67. וַיִּמְאָסֵהוּ & ſprevit te, 1 Sam.15.23,26. יִמְאָסֵם ſpernet eos, Hoſ.9.17. וַיִּמְאָסֵם & ſprevit eos, Jer.33.24. Item in 2.pl.m. fut.kal occ. cum camets penult. ob pauſam, תִּמְאָסוּ ſpernetis, Lev.26.15. & in 3. pl. m. fut.kal occ. cum Nun parag. add. & cum ו conv. præf. וַיִּמְאָסוּן ſpernent, Iſa.31.7. וַיִּמְאָסוּ & ſpreverunt, 2 Reg.17.15. Pſal.106.24.Jer.9.19. In Niphal, נִמְאַס ſperni, reprobari, Bu. rejectus, ſeu reprobatus eſt tanquam inutilis; Av. Occurrit in part. Niph. ſ. m. ſic, נִמְאָס ſpretus, Pſal.15.4. Jer.6.30. In fut. Niph. יִמָּאֵס, & in pl. יִמָּאֲסוּ; de quibus vide in Rad. מָסַס; Bu. Lex. Alii verò hæc ab hac eadem Rad. מָאַס: Nam loci ubi occurrunt, utroque modo explicari poſſunt, viz. Job.7. 5. in 3. ſ.m. fut. Niph. cum ו conv. præf. cutis mea ſcidit ſe, וַיִּמְאַס & diſſolvit ſe; eſt enim, juxta plerosque, pro וַיִּמָּסֵס, cum Aleph loco Samech, (i.e. loco literæ geminandæ; Merc.) ſed poteſt etiam exponi juxta R. D. in ſignificatu hujus rad. ſic, & deſpecta, aut deſpicabilis fuit; Pag. & ſpreta fuit; Bu. Conc. cutis mea obriguit & abominabilis facta eſt; Av. Sed Targum quidem in altero ſenſu, וְאִתְמְסִי & diſſolvit ſe: idem etiam R. Moſe. Et ſic in Pſal. 58.8. in 3. pl. m. fut. niph. יִמָּאֲסוּ juxta pleroſque exp. liquefient, ſeu diſſolvent ſe, ſicut aquæ: pro יִמָּסְסוּ; ſicut illud, Iſa. 18. 2. cujus בָּזְאוּ diripuerunt flumina terram; pro, בָּזְזוּ; Pag. Sed juxta alios regulariter ſumitur ex hac rad. & exp. reprobabuntur ſeu aquæ quæ dilabuntur ſibi; Av. Item in 2.ſ.m.fut. niph.juxta Bu.Conc. תִּמָּאֵס ſpreta es, Iſa.54.6. vel.juxta alios, 3.ſ.f.fut.niph. & uxorem adoleſcentiæ, quum תִּמָּאֵס reprobata fuerit, i.e. repudiata fuerit; Pag. vel, quia reprobabitur, pro repudiata eſt: Nam eſt tertia fœminea; alioqui in ſecunda, quam expreſſerat Sanctes, dixiſſet, תִּמָּאֲסִי; Merc. Cev. & uxorem juventutis quæ repudiabitur; Av. ſpreta ſis, Bu. Lex. Quamvis ſpreta ſis; ex ſterilitate ſcil. quæ olim probroſa habebatur; Jun. Locus autem ſuprà cit. in part. Niph. Pſal. 15.4. נִבְזֶה בְּעֵינָיו נִמְאָס, ſic à pleriſque exp. Spretus in oculis ejus reprobus, i.e. ὁ ἀθετούμενος, Coc. reprobatus; Av. Alii verò ſic, contemptus in oculis ſuis, נִמְאָס reprobatus; vel, qui ſe reprobat aut ſpernit; Pag. ubi quidam ſubaudiunt copulam ו; ſic. & eſt ipſe in ſuis oculis, i.e. ſibi ipſi, contemptus & rejectus; Merc. Item locus de part. ben. kal, ſ.f. ſignanter notabilis, quippe explicatu admodum difficilis; viz. Ezech. 21.10. vel 15. שֵׁבֶט בְּנִי (חֶרֶב) מוֹאֶסֶת כָּל־עֵץ ſceptrum filii mei, (gladius) ſpernens omnem arborem, Coc. aut gauderemus, (q.d. aut ſi ſumus ſaxei, neque hujus denunciationis ſenſu afficimur, an eò magis nos oportet in Deum inſoleſcere?) virga filii mei ſpernente omne lignum? i.e. quum virga, ſive flagellum, quo Iſraelem ſolitus eram caſtigare, per Chriſtum filium dilectionis meæ, jam non ſit ejuſmodi; ſed effecta ſit gladius crudeliſſimus, qui omnes omnino ſpernat; i.e. æquè bonos atque improbos perditurus ſit promiſcuè, ut ante dixerat. Sic infrà v.18. Spernente, &c. i.e. cujus acici nullum lignum poſſit morientum obſiſtere; ſed ea omne lignum promiſcuè, æquè viride ac ſiccum deje ctura ſit; Jun. Et gaudebimus (ſcil. de hoc gladio) tribu filiorum (ſcil. Iſrael) מוֹאֶסֶת abjiciente omne lignum; Pag. Sic legitur in Kimchi, aut forſan dicent, ut exultemus & lætemur de hoc gladio, quia propter nos non exiit; ſed in hoſtes noſtros. Atqui lætari non poſſumus de eo, quia ad excidendum, tribum filii mei exiit: & nunc omne lignum renuit excidere niſi virgam ſeu tribum filii mei, Iſrael ſcilicet. Sed præſtat exponere ut verſ.13.ſic, Lætandi jam nulla eſt occaſio, quum tribus filii mei omne lignum & caſtigationem reſpuat, & jam nihil ſuperſit niſi ut gladio excindatur; Merc. Cev. Et ſic etiam in v.13. aliàs 18. & quid (erit) ſi etiam tribum מוֹאֶסֶת abjiciens, aut reprobans, ſpernens non erit? i.e. ſi etiam tribum non abjecerit? Pag. Vel potiùs, meo judicio, tribus averſans omne lignum & caſtigationem non erit, ſed perdatur, quid fiet? jam nihil Iſraelis erit reliquum. Locus variè exponitur; Merc. R. D. exp. & quid erit hæc probatio, ſi etiam tribum filiorum meorum reprobaveris excidendo illam, quemadmodum reprobatur omne lignum? Pag. Vel, renuerit, ſcil. gladius excidere: ſicut averſatur omne lignum, cujuſmodi erit ea probatio? Fruſtrà fuerit, Merc. Quum (fuit) probatio, quid tandem fuit? an etiam virgæ ſpernentis non eſſet? Dictum Domini Jehovi. Senius eſt, Quum tantummodo probo ad ignem afflictionum, cequid tandem efficio in populo iſto? Inanes ſunt omnes caſtigationes, ut Iſa.1.5. & Jer.6.28. & ſequentibus. An etiam, &c. i.e. nonne jam pro virga quam adhibui antehac, gladio illi ſpernenti, atque omnes promiſcuè perditurò, populum iſtum exponerem? de quo v.15. Jun. Job.36.5. maximus eſt, וְלֹא יִמְאַס & non rejicit, ſcil. propter parvitatem; non eſt faſtuoſus; Coc. Item indè ſecundum quoſdam eſt No. מָאוֹם reprobatio, faſtidium, rejectio. Legitur tantùm ſemel, ut Lam. 3.in ם, abraſionem וּמָאוֹם & reprobationem poſuiſti nos in medio populorum; Av. Vel, abraſionem, וּמָאוֹם & abjicere, vel reprobare, pro abjectionem & reprobationem, contemptum, poſuiſti, &c. Makor ſeu Infin. vice nominis; Pag. Sed nomen potiùs eſſe videtur, licet ex Infinito factum: ſicut & סָחִי quod præcedit. Rejectamentum potes reddere, ut Paulus περικαθάρματα vocat,

vocat, etsi diversa nominis ratione, 1 ad Cor. 4. Prius סְחִי est περίψημα purgamentum; de quo infrà in סָחָה Merc.

Rad. 6. מָאַר mæruit, mæstitiam habuit, sustinuit compunctiones & dolores cordis, qui corrodunt & tabefaciunt corpus. Cogn. cum מָרַר amarus fuit, & מָרָה amarificavit: nam mœrentes sunt amaro corde. Hinc μαραίνω, -ομαι, tabefacio propter mœrorem, marcesco; & Latinum, mœreo, mœreor, & fortè morior: Item μοῖρα, i. e. parca; Av. non occurrit in kal, sed in Hiphil, הֵמְאִיר est dolere; aut dolore afficere, aut dolorem inferre; Pag. fecit mœrere, corripuit tabifica vi; Av. Quidam per arrodere seu corrodere vertunt, ut cum מָרָה & אָרַר conveniat: quasi fit, in deterius mutari: & minùs rectè huc reducunt מְאֵרָה, exponentes corrosionem, boni ablationem, infortunium, cùm sonet maledictionem, execrationem, & sit ab אָרַר, ut suprà dictum est. Nam mem est servile, & est formæ מַגֵּלָה à גָּלַל, sed chirek versum in Tzere, quòd Resch dagesch respuat; Merc. Occurrit in part. hiph. f. m. Ezech. 28. 24. סִלּוֹן מַמְאִיר spina dolorifica, seu pungens, aut dolore afficiens, seu dolorem inferens. Kimchi, קוֹץ מַכְאִיב quod apud Propheram sequitur; Coc. sentis mærens, i.e. pungens; Av. spinus dolorificus, Bu. Lex. Unde in part. hiph. f. f. in forma cum duplice ségol ante Thau est, מַמְאֶרֶת dolorifica vel pungens, Lev. 13. 51, 52. 14. 44. Atque indè, juxta quosdam, est No. מְאֵרָה f. defectus diminutio, penuria; Deut. 28. 20. Mal. 3. 9. juxta R. Sal. Vide & in אָרַר; Bu. Lex. nam ad illam Radicem plerique hoc nomen referunt. [מַבּוּל quære in Rad. נָבַל; Pag.]

Rad. 7. מָג à plerisque habetur proprium nomen, vel cognomen viri: quidam verò putant idem esse quod castrorum-metatio, Jer. 39. 3. Bu. Lex. רַב־מָג Chaldæum est. Quid? si sit præfectus Magorum; Coc.

Rad. 8. מָגַר; indè No. מֶגֶר, m. quod significat omne pretiosum & optimum, tam in fructibus quàm in auro, argento, lapidibus pretiosis, sive gemmis ac vestibus, &c. unde unumquodcunque secundum locum suum intelligendum est, Pag. pretiosim, res pretiosa vel laudata: generaliter notat quicquid in re quapiam eximium & præstans est; Bu. Lex. Sunt qui cum בֶּגֶד conferant: ut sicut hoc vestem textam, stamine & subtegimine constantem, sonat, sic, מֶגֶר aroma significet, cujus odor & fragrantia spiret passim, & longè latéque penetret. Vertunt ergò odorem, vel odoratum, seu aromaticum. Sed generalius est. In opibus esset quod Græci κειμήλιον appellant. Sed generaliter, quicquid in re quapiam eximium est, & velut in deliciis habetur, significat. Libenter per delicias verterim, vel delicatum, suave, nobile, excellens, exquisitum; Merc. מֶגֶד medicum pomum, quod & citrium vocatur, delicatissimus fructus odorem & succum habens gratissimum. Ponitur aliquando pro omnibus dulcissimis fructibus. Cognationem habet cum בֶּגֶד, i.e. vestis, nam præcipuæ mali hujus dotes sunt, oris graveolentiam emendare, & vestes à tineis illæsas conservare. Hinc per transpositionem literarum μηδίκη medica, i.e. malus seu arbor Citrea, quæ toto anno est pomifera, aliis cadentibus, aliis matureséentibus, aliis subnascentibus pomis; folia lauri habet intercursantibus spinis, fructum verò aureo colore & odore gratissimo; Av. Deut. 3. 3. מָגֵן à præstantia cœli. Arabici interpretes Novi Testamenti usurpant pro שׁמים. Chald. שׁוּר; Coc. Occurrit autem nomen hoc cum מִ & וּ præf. מִמֶּגֶד à rebus pretiosis, Deut. 33. 13. וּמִמֶּגֶד & à pretioso, Deu. 33. 14, 15, 17. & in forma pl. m abiol. est, מְגָדִים res pretiosæ, Cant. 4. 13. 7. 14. & in forma pl. m. constr. cum יו Aff. est, מִגְדֵּי rerum pretiosarum suarum, Cant. 4. 16. Atque indè No. pl. f. מִגְדָּנוֹת res pretiosæ; sed de fructibus terræ tantùm dicitur, Bu. Lex. bellaria ex mediis & optimis fructibus terræ odorem excellentissimum referentibus. Item vasa ex citro confecta quæ in magno pretio habentur: unde citream mensem cum aurea comparat Martialis in distichis; Av. Elias vult Radicem esse נָדַע; Bu. Lex. Est cum Nun inserto & addito ante formam pl. וֹת; Pag. Etsi alii Nun radicale faciant, Mem vero servile. Sunt qui significatu convenire putent cum מַעֲדָנוֹת & מַעֲדָנִים (nam & Chaldæus masculinè dicit מִגְדָּנִין) & velint voluptuaria significare, seu oblectamenta, bellaria, delicias. Verùm constat perinde de rebus aliis, atque de fructibus delicatis dici hoc nomen, ut præcedens מֶגֶד; Merc. Occurrit autem no. hoc pl. f. cum וֹ, יִ & יֹ præf. ut seq. וּמִגְדָּנוֹת & res pretiosæ, Geen. 24. 23. 2 Chron. 32. 23. וּבְמִגְדָּנוֹת & rebus pretiosis, Ezr. 1. 6. וּלְמִגְדָּנוֹת & in rebus pretiosis, 2 Chron. 21. 3.

Rad. 9. מַגָּל est falx, falcula; Pag. Bu. 70. δρέπανον, Cocc. falx rotunda, ferramentum aduncum quo segetes & herbæ desecantur. Cogn. cum גָּלַל volutavit in rotundum; nam falx habet rotunditatem curvam; Av. qui ad גָּלַל reducunt, à rotunditate & semicirculo sic dictum volunt: quidam thema fingunt נָגַל Bu. Lex. occ. autem nomen hoc locis tantùm seq. מָגָל falcem, Jer. 50. 16. Joel. 4. 13.

Rad. 10. מָגַן; unde in piel, מִגֵּן est dare, tradere; Pag. Bu. pepigit, tradidit compactum, dedit fixum & immobilem. Cogn. Cum נָגַן protexit cingendo; Av. Non. nulli volunt esse affine verbo נָגַן, ut significet, concludere, cingere, circundare; & ità Prov. 4. exponunt, corona decora cinget te; ut fiat ex מָגֵן clypeo: ὑπερασπίσει σε, Græci. Sed malim idem eo versiculo repeti, ut præcesserat חָפַץ. Videtur plenam traditionem significare, ut מָסַר, per quod Chaldæus reddidit, quod diciuus, Liurer, Merc. מָגַן; 70. παραδόναι tradere; Coc. Occurrit autem in præt. piel, 3. f. m. loco seq. מָגַן tradidit, Gen. 14. 20. & in fut. piel, יְמַגֵּן; unde in 2. f. f. cum ךָ, pro ךְ, ob pausam, est, תְּמַגֵּנְךָ trades tibi, Prov. 4. 9. Item, in 1. sing. cum ךָ; Aff. est, אֲמַגֵּנְךָ dedam te, Isa. 11. 8. Atque indè, juxta quosdam, est No. מְגִנָּה f. & in constr. מִגִּנַּת traditio, prout occurrit in forma constr. Lam. 3. 65. מִגִּנַּת לֵב traditionem cordis, i.e. ut cor tradant, abjiciant, & perdant. Vide de eo etiam in נָגַן Bu. Lex. ubi etiam vide מָגֵן scutum, &c.

Rad. 11. מָגַר est, cadere, ruere, Bu. Lex migravit, transtulit de loco ad alium, traxit se aliquorsum ad habitandum, detraxit; Cogn. cum מוֹרָג i.e. traha qua destringitur frumentum in spicis. Hinc Larinum, migro, demigro, quod nonnunquam activè pro transfero sumitur; item per Metathesin, mergo, submergo; Av. מָגַר detrusit, dejecit; unde in part. pahul kal, מגור

מָגוֹר detrusus, & in forma pl.m. מְגוּרִים; atque indè occ.in constr. Ezech.21.17. מְגוּרִי אֹל חֶרֶב detrusi in gladios, juxta quosdam: alii, formidines gladii, quasi á גור; Bu.Lex. detracti ad gladium; vel potest esse No.heemant. pavores ingruent ab hoc gladio; à גור; Av. In piel, מִגֵּר cadere, vel ruere facere; i. e. dejicere, inquit R.D. Pag.detrudere, Bu.detraxit,demersit, Av. quidam trahere, seu detrahere exponunt, ut cum גור affine sit; Merc. Occurrit in præt. Piel, 2. s.m. cum He parag.in fine sic, Psal.89.44. & thronum ipsius in terram מִגַּרְתָּה projecisti, Coc. dejecisti, Bu.seu ruere fecisti, Pag. Targum pro נָפַל vertit מְגַר; Pag. מָגוֹר habitatio, מְגוּרָה; item מְגוֹרָה & מְגוֹרָה pavor; vide in Rad. גור peregrinatus est; item מְגָרָה serra, traha; vide in Rad. גָּרַר secuit lapides; Av.

Rad.12. מַד m. vestis, vestimentum; &c.Bu. Conc. vide de hoc nomine in rad.seq. מָדַד. Occurrit cum י Aff. post chirek penult. cui etiam ְ est præf. sed ante pathach penult. sic, מִדּוֹ vestimento suo, Lev.6.3.2 Sam. 20.8. כְּמַדּוֹ ut veste sua, Psal.109.18. & in forma pl. m. מַדִּים, & in constr. מַדֵּי, vestes, vestimenta: unde cum יָ Aff. occ.simpl.& cum ו & ל præf. מַדָּיו vestibus suis, 1 Sam.17.38. וּמַדָּיו & vestes ejus, suæ, 1 Sam.4.12.. 18.4. לְמַדָּיו vestium ejus, Jud.3.16.1 Sam.16.39. Item occ.etiam in forma pl.f.cum יָ Aff. sic, מִדּוֹתָיו vestimentorum ejus, Psal.33.2.

Rad.98. מָשַׁךְ ſcatuit vepribus; eſt verbum inuſitatum. Cogn. cum מָשׁוּשׁ, i.e. carduus, paliurus. Sunt enim res non admodum diverſæ; viz. ſpinarum genera. Atque indè No. hemant. מִמְשָׁךְ m. vepretum; locus ſcatens vepribus; Av. dereliction, locus derelictus; Bu. Conc. & Lex. qui ſcil. coli intermiſſus eſt, & ſterilis evaſit; Bu. Lex. מָשַׁךְ, unde ſecundum R. Jonah, eſt No. מִמְשָׁךְ; quod ſecundum R. D. eſt מוֹצָא exitus, Pag. ut locus ubi legitur poſtulat. Quidam à שָׁקָה deducunt, quaſi Mem privaret; ſicut in מָרָב; q.d. locus irrigatione carens, ideoque aptus urticis producendis; pro quo Prov.15. מְשׁוּבָה: vide in שׁוּב; Merc. Occurrit autem in forma conſtr. cum pathach in ult. ſic, Zeph.2. 9. filii Ammon ſunt ut Gemorrha, מִמְשַׁךְ חָרוּל vepretum urticæ; Av. Derelictum; Bu. Conc. vel locus derelictus urticæ: prout etiam in Targum eſt מְשַׁמְשׁ quod idem eſt; Bu. Lex. exitus urticæ vel cardui: q.d. quòd ibi ob deſolationem & ariditatem germinabunt urticæ aut cardui. Et ſic R. Joſeph deducit à מָשַׁךְ, quod juxta ipſum eſt, relinquere: q.d. quòd locus habebitur pro derelicto, ut ſit plenus urticis aut carduis; Pag. diſcurſitatio urticæ; ut ſit à מָשַׁךְ, quod à pleriſque derivatur à Rad. מָשַׁךְ, cum Mem ſervili geminato; Coc. Atque hinc etiam ex hac Rad. מָשַׁךְ, pro relinquere, R. Joſeph deducit & exponit No. illud, Gen.15,2. & filius מֶשֶׁךְ procuratoris domus meæ, &c. i.e. in cujus manu relinquam omnia quæ ſunt mihi; & eſt Dammeſek Elihezer: quære etiam in Rad. מָשַׁךְ; Pag. vel potiùs, & filius מֶשֶׁךְ procurationis: vel, ut exp. R. Joſ. derelictionis; cui omnia mea relinquo, & committo; i.e. procurator. Alii, eodem ſenſu, filius diſcurſationis; quod rectiùs eſt, ſcil. à מָשַׁךְ quaſi ſit formæ מֶכֶס, à Rad כָּסַס; Merc. Targum, & filius פַּרְנָסָא gubernatoris ejus qui eſt in domo mea, ipſe Damaſchenus Elihezer; Pag. Vel potiùs, filius gubernationis, aut cibationis; q.d. diſpenſator hic qui domi meæ eſt, eſt Elihezer Damaſchenus. Tota enim domus ejus ad illius imperium gubernabatur, inquit R. Sal & Hieron. filius procuratoris. דַּמֶּשֶׂק verò vide ſuprà in litera Daleth, inter quadrata; Pag Merc. filius relictionis; Bu. Conc. Item hinc etiam quidam deducunt nomen illud cum כְּ præf. Iſ.33.4. כְּמַשַּׁק ſicut relictum, &c. Bu. Conc. ſed מֶשֶׁק & מַשַּׁק excurſio, diſcurſus, vide in Rad. שָׁקַק diſcurſavit; Av. ad quam etiam Rad. Bu. Lex. & Cocc. hæc nomina referunt. [מִשְׂרָה; ſuccus qui elicitur ex uvis, quique expri mendo eruitur, eſt à Rad. inuſitat. מָשַׂר. Et eſt cogn. cum פָּשַׂר expoſuit, & פָּרַשׂ explanavit, explicuit. Atque hinc eſt Maſſaris, uva ſcil. quæ ex vite ſylveſtri cum flore in Africa decerpitur. Occurrit autem nomen hoc in forma conſtr. Num.6.3. & omnem מִשְׂרַת ſuccum uvarum non bibet, &c. Av. qui ſolus hoc nomen hìc ſtatuit Radicale; reliqui verò ſub שָׂרָה illud locant: ubi vide. Nomen autem מִשְׂרָה ſeries, ordo menſuram habens circumſcriptam, vide in Rad. שׂוּר; Av. ſed מָשַׁשׁ palpavit; vide ſuprà ante Rad. מָשָׁה.]

Rad. 99. מָתַג mæſt nomen radicale, ſignificans, inquit R. D. פְּרָא frænum; idem quod רָסַן; Pag. Sed מֶתֶג eſt propriè lupatum quod ore equi inſeritur: at רָסַן eſt lorum ipſum, ſeu habena qua lupatum alligatum eſt ad aures uſque & maxillas equi; licet alii contra ſentiunt; camum quidam vertunt, alii capiſtrum. Elias mecum ſentit in lib. de accentibus, ubi tractat retinacula Grammatica, quibus ſyllabæ apud Hebræos ſiſtuntur ac retinentur, non ſecus ac equus fræno: unde & illis hoc nomen indiderunt; Merc. Cev. In quibuſdam locis מֶתֶג frænum, metaphoricè pro gubernatione quidam exponunt, Merc. ut in 2 Sam.8.11. & tulit David אֶת מֶתֶג frænum aquæductûs de manu Peliſtim: Hier. frænum tributi: & dicitur frænum aquæductûs; i.e. civitatis aquæ ductûs; tranſibat enim per illam urbem aquæductus veniens de foris. Vel, frænum eſt ipſa civitas Gath, quæ fuerat illis frænum; unde 1 Chron.18.1. dicitur, & accepit Gath & oppida ejus, &c. & ſic Gath cum ſuis oppidis erat Frænum; Pag. Senſus in 2 Sam. eſt Davidem cepiſſe urbem qua contineret Paleſtæos in officio, ut ſe commovere non poſſent, tanquam ſi frænaſſet & conſtrinxiſſet brachia eorum. Ea urbs, ut patet ex 1 Chron. erat Gath, quæ cùm teneretur à Davide, erat frænum cubiti Paleſtinis, ut manum elevare non poſſent. Sita enim erat Gath in aditu Paleſtinæ verſus Septentrionem; Merc. מֶתֶג habena, frænum aſperrimum, lupatum, retinaculum, camus quo equus regitur, & mitigatur nè feratur pro libidine. Metaphoricè accipitur pro gubernatione & vinculis quibus homines coercentur & mitigantur: Atque hinc Latinum mitigo, &c. Av. Occurrit autem nomen hoc ſimpl & cum כְ præf. ut & cum וְ cop. præf. & יְ Aff. ut ſeq. מֶתֶג frænum, 2 Sam.8.1. Prov.26.3. כְּמֶתֶג ſicut frænum, Pſal.32.9. וּמֶתֶג & frænum meum, 2 Reg.19.28. Iſa.37.29.

Rad.100. מָתָה mortalis fuit; ſingulis autem hominibus aliquando & ſemel moriendum; habet nim. homo præfinitum tempus tam vitæ quàm mortis ſuæ: eſt cogn. cum מוּת mortuus eſt. Verbaliter non uſurpatur hæc Radix, ſed hinc No. pl. m. מְתִים mortales homines, viri quibus aliquando moriendum eſt; Av. מְתִים homines; nomen eſt generale, inquit R. D. complectens viros, mulieres & parvulos, ut Deut.3.6. כָּל־עִיר מְתִים omnem civitatem hominum; Bu. Lex. ubi ſcribitur cum chirek tantùm abſque jod pl. ſic, Omnem civitatem מְתִם virorum, mulierum & parvulorum; vel viros, mulieres ac parvulos. Idem c.2.34. Pag. Non reperitur niſi in plur. ſicut פָּנִים facies; Pag. Ejus ſingulare eſſet מָתֶה, formæ סָנֶה; Merc. Eſt autem in pl. m. cum Scheva מְתִים

populi,homines, viri,ad dilcrimen מְתִים cum Tzere; i.e.mortui;à מוּת mortuus eſt; Pag.Occurrit autem No. hoc pl.m.ordine Conc.ſimpl.locis ſeq. מְתִים vel מֻתָּם homines, Deut.2.34..3.6. Job.11.3..24.12. cui etiam מ eſt præf.ſic, Pſal.17.14. מִמְּתִים à viris manu tuâ, vel plagâ tuâ, i.e.qui ſunt manus tua,vel plaga tua; domine, מִמְּתִים à viris de tempore, vel mundo,quorum pars eſt in vita; Pag. Intelligendum manu; per appoſitionem. Scribitur autem in noſtris exemplaribus utrumque ſine dageſch in Mem, מִמְתִים; & ideo Meth.g eſt ſub priori Mem, ut aliàs fit; Hunc autem verſum R.D. & Ab.Ezra conjungunt cum ſuperiore; ut ſit ſenſus, erue animam meam à mortalibus, hominibus ſcil.qui ſunt manus tua, i.e.plaga tua. Nam manus dicitur plaga, quòd manu infligatur: unde illud Exod. 9. 3. ecce, יַד manus Domini eſt, h.e. plaga & percuſſio ab ipſo Domino inflicta; Cev.Merc. ab hominibus, manu tua, ab hominibus, ex æv0; Cocc. A viris qui manus tua ſunt, i.e. flagellum tuum: à viris de æv0 hoc,&c. Av.In forma pl.m.conſtr.eſt & occ.locis ſeq. מְתֵי homines,Gen.34.30. Deut.4.27. 1 Chron.16.19. Job.11.11..19.19..22.15..31.31. Pſal.26.4..105.12. Iſa. 5.13..41.14. cui etiam בְּ eſt præf.ſic, Deut.26.5.& 28. 62. & peregrinatus eſt ibi בִּמְתֵי מְעָט cum viris paucitatis, i.e paucis; Pag. & ſic in loco ſuprà cit. Iſa.41. 14. מְתֵי viri, &c. ſunt qui puſillum numerum & imbecillum denotari velint, ſicut & ſequente מְעַט, vel מִסְפָּר; (ut viri numeri ſint, pauci & facilè numerabiles) quorum utrumque cum מְתֵי junctum invenies ad majorem diminutionem ſignificandum; 1 Chron. 16. q d. non ſolùm paucos, ſed pauciſſimos numero: hoc Chriſtum imitatum putant, quum Lucæ 12. puſillum gregem appellat; Merc. Item occ. etiam cum יְךָ & יו Aff ſic,Iſa.3.25. מְתַיִךְ viri tui gladio cadent; & Deut.33.6. vivat Reuben, וְאַל יָמוּת & non moriatur, וְיהִי מְזֻעָיו מִסְפָּר neque ſint viri ejus numerus; i.e.numerabiles; Pag.h e. מְתֵי מִסְפָּר viri numeri, i.e.pauci numero, puſillus cætus; Merc. Et ſint homines ejus (ſaltem) pauci; Cocc. Et ſit virorum ejus (vel hominum ejus, Bu.Lex.) numerus; Av.Imò (non) ſit hominibus ejus numerus: nam particula, Non, ἀπὸ κοινοῦ reperenda eſt; ut Pſal.9.19. cujus rei ignoratio Græcos fefellit, ut alteram hanc verſûs partem Schimoni accommodarent; quia nulla hîc fit ejus diferta mentio: ſed Schimhon ſequente verſu eſt accenſitus Jehudæ,quia poſſeſſio ejus per tribum Jehudæ diffuſa erat, Joſ.19.1. & 1 Chron.2.24. unde factum eſt ut expeditiones inter has tribus communes eſſent, Jud.1.3. Jun. Atque hinc etiam, inquit Kimchi, eſt No. ſubſtant.cum Mem redundante in fine,(ſicut in שְׁלִשׁוֹם nudiuſtertius) Pag. viz. מְתִים homo; Bu.Lex.ut Pſal.38.4. Non,eſt ſcil.מְתוֹם hominis figura in carne mea; i.e. non remanſit in me vel figura humana, ut exp.R.D. vel, non eſt perfectio, (aut integritas, i.e. quicquam integri; & hoc præſtat; Merc.) in carne mea. Require in תָּמַם; & ſic Iſa.1.6. à planta pedis uſque ad verticem non eſt in eo מְתוֹם figura humana;vel perfectio; Merc. à Rad. ſcil. תָּמַם: ibi vide. Item Jud.20.48. מֵעִיר מְתוֹם a civitate hominis, pro ab hominibus civitatis per Hypallagen; Bu. Lex. De civitate מְתוֹם (aliàs מְתִים, quod idem eſt) homines; Pag. vel hominum; quo nomine & mulieres & parvuli continentur: nam מְתוֹם eſt genus humanum, teſte Kimchi; q.d.ab urbibus ubi ſunt homines, ad agros uſque,ubi beſtiæ, omnia deleverunt. Alii verò etiam hîc מְתוֹם à תָּמַם deducunt;& exp. ab urbe conſummationis (q.d. ubi omnia deleverunt) uſque ad, &c. Sic R.Sal.& Jonathan. Hoc autem מָתוֹם à מָתָה potiùs eſſe videtur, ut ſic conciſè dicatur pro מְתִיוֹם ex ſignificatione מְתִים: ſed locis ſuperioribus malim pro integritate & incolumitate, à תָּמַם: atque idem ſentit Elias; Merc. Atque hinc etiam quidam deducunt particulam מָתַי quando? Adverbium quærens de tempore nobis ignoto; Av. reliqui verò particulam hanc faciunt Radicem per ſe, ut videbitur paulò infrà.

Rad.101. מָתַח eſt מָשַׁךְ, id eſt, trahere, protrahere; & פָּרַשׂ expandere, inquit R.D.Pag. Quidam conferunt cum פָּתַח aperire; quaſi ſit aperiendo expandere: unde & ſaccus אַמְתַּחַת dictus, quòd aperiendo expandatur; vel,ut Kimchi inquit, quòd quoties impletur extendatur: nam quum eſt vacuus,collectus eſt,ſeu contractus & ſimul complicatus. Verbum apud Doctores frequens eſt; Merc. מָתַח extendit, Bu. Lex. expandit, explicuit illud quod erat complicatum aut conſtrictum. Cogn.cum פָּתַח aperuit ut pateat: contrarium verò eſt verbo חָתַם obſignavit, occluſit annulo literas complicatas. Hinc μυθέω, μυθέομαι eloquor, explico fabulam; Av. In fut.kal, 3.f.m.occ.cum ן conv. & ם Aff.ſic, וַיִּמְתְּחֵם & extendit eos,Iſa.40.22. Atque indè No. אַמְתַּחַת f. ſaccus, Pag.Bu.Av. &c. cujus ſcil.os expanditur aperiendo; Av. & totum implendo extenditur; Bu.Lex.nam ab extenſione dicitur; Cocc. Occurrit autem ſimpl.& cum בְּ præf. cui etiam cum בְּ præf. י eſt Aff.& cum י Aff.occ. ſimpl. ut ſeq. אַמְתַּחַת ſacci, Gen. 44. 2. בְּאַמְתַּחַת in ſacco, Gen. 44. 12. בְּאַמְתַּחְתִּי in ſacco meo,Gen.42.28. אַמְתַּחְתּוֹ ſacci ſui, ſaccum ſuum,Gen.42.27..43.21..44.1,11.& in forma pl. f.eſt, אַמְתְּחֹת ſaccos,Gen.44.1. cui etiam formæ pl.f. יכֶם & ינוּ ſunt Aff. & utrique בְּ eſt præf. ut ſeq. בְּאַמְתְּחוֹתֵינוּ ſacci noſtri,Gen.43.21..44.8. בְּאַמְתְּחוֹתֵינוּ in ſaccos noſtros, Gen.43.18,22. בְּאַמְתְּחוֹתֵיכֶם ſaccorum veſtrorum,Gen.43.12. בְּאַמְתְּחוֹתֵיכֶם in ſaccis veſtris,Gen.43.23.

Rad. 102. מָתַי eſt, quando? מתי; Pag. Bu. Coc. & junctò ſibi עַד; ponitur vice אֲשֶׁר quò: & ſic etiam quando præcedit אַחֲרֵי; Pag. vel potiùs,cum עַד eſt quouſque, ſeu uſque quo, quamdiu. Nam temere dicit ſanctes poni pro עַד אֲשֶׁר quia עַד אֲשֶׁר non interrogat, ſed eſt donec,quoad. Cum אַחֲרֵי poſt,habet & poſt ſeſe interdum עוֹד; ut Jer.13.27. אַחֲרֵי מָתַי עוֹד,q.d. poſt quando adhuc, i.e. quamdiu tandem, vel quouſque ultra? perges ſcil. immunda eſſe. Cum Lamed autem aliud videtur; ut Exod.8.9. לְמָתַי quando deprecer, vel deprecabor, pro te: ubi indefinitè ſumi videtur; Merc. Occurrit autem ſimpl. Job.7.4. מָתַי quando ſurgam: Pſal. 41. 6. quando morietur; & 42.3. quando veniam; Pag. &c. nam loci hujus particulæ ut aliarum vocum indeclinabilium deſunt in Conc. In loco autem cit.Ex.8.5.vel 9. לְמָתַי מַעְתִּיר in quando; i.e. in quod tempus orabo pro te, & ſervis tuis: 70. πότε ἔυξωμαι. Ubi non quærit de tempore orationis, ſed de tempore effectûs orationis; Cocc. Hoc honoris tibi ſume, (ut deſignes tempus) quando orem pro te, Av. Ad quando, ſeu ecquando,&c.Bu.Lex.Jer.13.27. אַחֲרֵי מָתַי עוֹד

i.e.

i. e. ἕως πότε ἔτι, 70. ἕως τότε ἔτι. uſque quando adhuc? Poſthac aliquamdiu, Av. poſt quando adhuc, i. e. poſt quantum adhuc temporis? Bu. Lex. מַחְלְאוֹת quanta defatigatio? Componitur ex מָה & חָלָאָה; de quibus ſuo loco vide; Av.]

Rad. 103. מָתְנַיִם, indè no. radicale מוֹתֵן m.lumbus; ſed uſurpatur tantùm in duali m. מוֹתְנַיִם. Et in textu ſemper, tam in forma abſol. quàm in conſtr. cholem mutatur in cametz catuph; ſic, מָתְנַיִם lumbi, (Pag. Bu. Coc. &c.) quia in corpore duo ſunt lumbi; Av. Occurrit autem nomen hoc in du.m. cum pathach, ſed in pauſa cum cametz penult. ſimpl. locis ſeq. מָתְנַיִם vel נַיִם lumbi, Deut.33.11. Prov.30.31. Jer.48.37. Ezec.21.11.. 29.7-47.4. Am.8.10. Nah.2.2,11. cui & מ eſt præf. in forma cum pathach penult. מִמָּתְנַיִם à lumbis, Ex.25. 52. Item in pl. ſeu du.m. conſtr. occ. ſimpl. & cum ו cop. & מ præf. מָתְנַי lumbi, Jer.13.11. וּמָתְנַי & lumbi, Iſa. 45.1. מִמָּתְנַי præ lumbis, 1 Reg.12.10.2 Chr.10.10. Sed occ. ſæpiùs cum affixis variis: ut cum י_, vel in pauſa י_ֵ, נוּ_, כֶם_, הֶ_ & יו_ Aff. cui ult. וֹ, בְ & מִ ſunt præf. מָתְנַי vel מָתְנֵי lumbi mei, Iſa.21.3. Jer.13.2. בְּמָתְנֵינוּ in lumbis noſtr. 1 Reg.20.31. Pſal.66.11. מָתְנֶיךָ lumbi tui, 2 Reg.4.29..9.1. Iſa.20.2. Jer.1.17..13.1,4. מָתְנֵיכֶם lumbi veſtri, Exod.12.11. מָתְנָיו lumbi ejus, lumbos ſuos, 2 Sam.20.8.1 Reg.18.46. Neh.4.18. Iſa.11.5. Ezec.1. 27..8.2. וּמָתְנָיו lumbi ejus, Dan.10.5. בְּמָתְנָיו in lumbis ejus vel ſuis, Gen.37.34. 1 Reg.2.5. 2 Reg.1.8. Job. 40.16. Ezech.9.2,3,11. וּמִמָּתְנָיו & à lumbis ejus, Ezech.8.2. Sicut etiam cum הֶ_ & הֶם_ Aff. cui ult. ו cop. & בְ ſunt præf. ut ſeq. מָתְנֵיהָ lumbos ſuos, Prov.31.17. מָתְנֵיהֶם lumbos ſuos, Ezech44.18. וּמָתְנֵיהֶם & lumbos eorum, Pſal.69.24. בְּמָתְנֵיהֶם in lumbis ſuis, 1 Reg. 20.32. Job.12.18. Ezech.23.15.

Rad.104. מָתַק eſt, dulceſcere; dulce, ſeu ſuave eſſe. Opponitur verbo מָרַר ſuprà poſito, Pag. Bu. Merc. Obdulcuit, edulcatus eſt, mitigatus eſt: & cum Accuſativo affixi, tranſitivè, edulcavit: propriè dicitur de cibo & Potu: ſed per metaphoram etiam de aliis rebus poteſt uſurpari. Hinc mitigo, miteſco; ut, ſunt nobis mitia poma; Av. Quidam cum מָתַח conferentes, rei dulcis expanſionem, ſeu effuſionem hac Radice ſignificari putant: quòd, ut amara conſtringunt, ſic dulcia laxent, & aperiant; Merc. Occ. in præt. kal, 3. ſ. m. cum ו Aff. Job.24 20. מְתָקוֹ רִמָּה dulcedinem ſenſit ex eo vermis; Pag. ſeu os vermis alioqui vermis nomen hìc fœmineum genere cum verbo diſſidet: ſed Syntheſis & enallage generum Hebræis frequens eſt; Merc. Vel dulcuit ei vermis; aut dulcuit ipſe vermi. Hieron. dulcedo illius, vermis; Pag. ſuavis eſt ipſi vermis; nempe à vermibus depaſci; nomen fœm. verbo maſc. jungitur, quia de tota ſpecie ſeu utroque ſexu intelligitur; Bu. Lex. Eſt pro מָתַק לוֹ רִמָּה ſuavis ipſi eſt vermis, Cocc. edulcavit cum vermis, (tranſitivè) Av. ſuaviter depaſcit eum vermis; Jun. In part. Pahul kal, à ſ.m. מָתוּק; vel potiùs quaſi eſſet nomen partcipiale; Pag. Bu. occ. in forma pl. m. cum ו cop. præf. ut & in forma ſ.f. ſimpl. ſic, וּמְתוּקִים & dulcia, Pſal.19.11. מְתוּקָה dulcis, Eccl.5. 11. Item occ. etiam in 3.pl. præt. kal; ſic, מָתְקוּ dulcuerunt, Job.21.33. In fut. kal, 3.ſ.m. יִמְתַּק vel יִמְתֹּק dulceſcet; dulcis erit, vel fiet; unde in 3.pl.m.occ.ſimpl. cum cametz pro ſcheva penult. ob pauſam; ſed cum ו conv. præf. cum Scheva penult. extra pauſam; ſic, וַיִּמְתְּקוּ dulces ſunt, Prov.9.17. וַיִּמְתְּקוּ & dulces factæ ſunt, Exod.15.25. In Hiphil הִמְתִּיק Idem cum kal, intranſitivè; vel dulce reddere, tranſitivè; Bu. man. fecit dulce, edulcavit; & ſine accuſ. dulcuit, dulcis fuit; Av. in fut. hiph. à 3.ſ.m. יַמְתִּיק occ. in 3.ſ.f. & in 1.pl. ſic, תַּמְתִּיק dulcuerit, Job.2.12. מַמְתִּיקִי dulce effecimus, Pſal.55.15. Atque indè nomina; 1. מָתוֹק m. dulcis, ſuavis, mitis; item ſubſtantivè, dulce, dulciarium; Av. vel dulcedo; Pag. occ. autem no. hoc ſimpl. & cum ו & ל præf. ut ſeq. מָתוֹק dulcis, dulce. Jud.14.14,18. Pro. 16.24..24.13..27.7. Cant.2.3. וּמָתוֹק & dulce, Eccl.11. 7. Iſa.5.20. לְמָתוֹק in dulce, Iſa.5.20. Ezech.3.3. Item, 2. indè etiam no. מֶתֶק m. dulcedo, ſuavitas, jucunditas; Pag. Bu. Av. Occ. cum ו cop. præf. ſic, וּמֶתֶק dulcedo, Prov.16.21..27.9. Item, 3. hinc etiam no. מוּתָק m. idem cum præced. dulcedo, &c. Pag. Bu. Sed occ. cum י_ Aff. & ſic mutat cholem in cametz catuph, loco ſeq. מָתְקִי dulcedo mea, Jud.9.11. Denique hinc etiam no. hee-mant. cum Mem præpoſito מַמְתָּק idem, dulcedo, dulce; Av. Merc. Sed occ. in forma pl.m. cum dageſch in Koph; ſic, מַמְתַּקִּים dulcedines, Neh.8.9. Cant.5. 16.

Verbum Quadratum, ſeu quatuor Literarum.

מַהְמַהּ vel מָהַמָּה (in forma quadrata ex Piel) eſt, morari, tardare; Pag. ſed in Hithpael tantùm invenitur. Quidam exponunt turbari, tumultuari, negotiis diſtrahi: ut cum הָמָה & חָמָה conveniat, & fit animi occupati: & putant verti per μεριμνᾶσθαι, Luc.10. de Martha; Merc. Ex Rad. מָהָה formatur Hith p. ex prima geminata, הִתְמַהְמַהּ, vel הִתְמַהְמֵהַּ, cunctari, morari, Bu. à particula מָה derivem הִתְמַהְמַהּ tergiverſari: nam id ſolet percunctando fieri; quid, ſi hoc? quid, ſi illud? Cocc. videatur Av. ſuprà ſub hac particula מָה. Occurrit autem in præt. hithp. 1. ſing. cum cametz pro pathach penult. ob pauſam: & in 3. pl. ſimpl. & cum וְ cop. præf. ut & in 1.pl. ſimpl. ut ſeq. הִתְמַהְמָהְתִּי cunctatus ſum, Pſal.119.60. הִתְמַהְמָהוּ cunctantur, Iſa.29. 9. & הִתְמַהְמְהוּ & cunctati ſunt, Jud.19.8. הִתְמַהְמְהֶנוּ cunctati fuiſſemus, Gen.43.10. In part. hithp. ſ. m. eſt & occ. loco ſeq. מִתְמַהְמֵהַּ cunctans ſum, 2 Sam.15.28. & in infin. hithp. occ. cum ל ſed cum ם_ Aff. abſque præf. ſic, לְהִתְמַהְמֵהַּ cunctari, Exod.12.39. הִתְמַהְמֵהַּ cunctari ipſos, Jud.4.26. In fut. hithp. 3. ſ. m. occ. ſimpl. & cum וְ conv. præf. יִתְמַהְמֵהַּ cunctabitur, Hab.2.3. וַיִּתְמַהְמַהּ & cunctatus fuit, Gen.19.13.

Radices, & derivatæ Voces, incipientes à Literâ נ *Nun.*

RAD. 1. נָא eſt ubique עַתָּה nunc, teſte R.D. qui tamen ait, quibuſdam eſſe etiam deprecantis & obſecrantis particulam; quæſo, obſecro, &c. Pag. id quod potiùs videtur ſequendum; ut אָנָּא & נָא idem valeant: ut & Pſal. 118.25. apparet; ut motum ſeu affectum animi alicujus erga ſuperiorem denotent, ad eum flectendum: niſi quòd אָנָּא præponitur, נָא autem poſtponitur. Interdum eſt hortantis, vel ad ſemet ipſum, vel ad alium æqualem; ut, age, agedum &c. Merc. & ſim. Av. Kimchi explicat נָא per עַתָּה nunc: ſed notat etiam interdum habere vim תְּחִנָּה וּבַקָּשָׁה precationis & petitionis, Cocc. Ab. Ezra ſcribit Arabicè hanc particulam, inverſo modo dici אַן; Chaldæus vertit כְּעַן, vel כְּדֵין nunc; non tempus tamen, ſed affectum animi potiùs, connotans: Et R. Sal. ſcribit interdum eſſe לָשׁוֹן בַּקָּשָׁה obſecrantis; quomodo per Aphæreſin volunt eſſe, ab אָנָּא; Bu. Lex. Simpliciter pro, nunc, poni videtur Gen. 12.11. & Num 10.31. ſicut etiam Gen. 18.31. Ecce נָא nunc cœpi loqui; &c. Av. Sic Pſal. 118.2. dicat נָא nunc Iſrael: & idem verſ. 3, & 4. Pag. Item pro hortandi, vel precandi etiam particula, Num. 12.12. nè נָא quæſo, ſit, ut cadaver, &c. Cocc. & ſic Gen. 18.30. אַל־נָא nè quæſo iraſcatur Dominus. Et Pſal. 7.10 conſumetur, vel conſumatur, נָא nunc, vel quæſo, malum; Pag. vel ceſſet, quæſo, malitia impiorum, &c. Av. Sic & Pſal. 118.25. הוֹשִׁיעָה־נָּא ſalvum fac, vel vel quæſo; item ibid. ſecunda, vel proſperare fac, aut, da felicem ſucceſſum, נָא nunc, vel quæſo; Pag. Av. Hoc antem non omnibus locis quadrat, ut apparet ex Exod. 11.2. דַּבֶּר־נָא loquere in auribus populi, &c. Cum אָנָּא, vel אָנָה verò ab אַן derivatum cenſent docti; Cocc. Sed de hiſce particulis ſynonymis אָנָּא & אָנָה, vide ſuprà ſuis locis ſub Aleph. Sed reperitur etiam נָא nomen, m. quod de cruda carne dicitur; Coc. crudum, non ſatis coctum; Bu. Lex. Dicitur enim נָא, inquit R. D. non omnino coctum, vel ſemicoctum, ſive ſemicrudum; Pag. Cev. Et ſic occurrit Exod. 12.9. nè comedatis ex eo, נָא crudum; Pag. 70. ὠμόν. Et ſic cetulerim hoc ad נוּא, & id ipſum ad נוּץ; ità ut בָּשָׂר נָא, vel בָּשָׂר נֵץ, videatur eodem modo dici poſſe, quemadmodum בָּשָׂר חַי caro viva dicitur quæ cruda eſt; Pſal. 58.10. Cocc. נָא quando crudum, ſeu cruditatem ſignificat, pertinet ad radicem נוּא, vel נִיא, contractè נָא renuit, abnuit, &c. ità ut נָא crudum, non bene coctum, ſit caro talis quæ renuit coctionem; ut Exod. 12. non comedetis ex ea, נָא crudum, i.e. quod nondum plenè eſt aſſum; Av. Item נֹא, vel נוֹא, dicebatur urbs Ægypti, Hieronymo & Chaldæo, Alexandria: alii Memphin, vel Syenen, vel Thebas, quæ centum portis clara fuit, eſſe putant; Merc. נֹא, No, eſt nomen pr. urbis celeberrimæ in Ægypto, non procul à Nili oſtio, & ob commoditatem maximam fuit totius orbis emporium, nam in eo fuerunt induſtrii artifices, quales vix in univerſo orbe reperti erant. Hanc autem civitatem, per bella devaſtatam à Chaldæis, inſtauravit Alexander magnus Macedo, eámque vocavit Alexandriam à ſuo nomine. Occ. Ezec. 30.15. & exſcindam copiam נֹא No. Item cum præf. ut ibid. v. 14. בְּנֹא in No: & Nah. 3.8. An tu melior ſorte eſſes מִנֹּא quàm No-Amon; Chald. quàm Alexandria: & ſic Jer. 46.25. viſitabo opificem מִנֹּא de No, &c. Av. [נאר uter, utris, &c. quære in Rad. נור: Aleph enim eſt loco Vau; Pag.]

Rad. 2. נָאָה eſt pulchrum, decorum, amœnum eſſe, convenire, conveniens eſſe. Apud Rabbinos in uſu frequenti eſt; Bu. Lex. iis enim נָאֶה eſt pulcher, נוֹי decus, pulchritudo, ornatus. In ſacris hæc ſequentia referri ad hoc thema poſſunt; Cocc. viz. in 3. ſing. f. prær. kal, נָאֲוָה decora eſt, Pſal. 93.5. & in 3. pl. præt. kal, נָאוּ (quaſi pro נָאֲוָה; Cocc.) decoræ ſunt, Cant. 1.18. Bu. Lex. Cocc. & Iſa 52.7 מַה־נָּאוּ quàm decori ſunt, &c. Av. & in part. f. m. נָאוָה conveniens, Prov. 19.10. & in part. fœm. נָאוָה decet, Prov. 17.7. quæ fiunt per commutationem 3. Radicalis He in Vau; prout & in aliis fit; Bu. Lex. Item Pſal. 33.1. rectos נָאוָה תְהִלָּה decet celebratio: quaſi pro נָאֶה f. ex m. נָאֶה; Cocc. Atque hinc quidam deducunt no. נָוֶה m. amœnus, pulcher; ut Hoſ. 9.13. cum בְּ præf. plantata בִּנְוֶה in amœno loco: & in fœm. cum הַ dem. præf. הַנָּוֶה ſpecioſa & delicata, Jer. 6.2. utrumque cum Vau loco Aleph; Bu. Lex. (pro נָאוָה, &) pro הַנְּאוָה nominaliter; Coc. A pud Rabb. מַאֲמַר נָאֶה dicitur oratio elegans, & אִשָּׁה נָאָה mulier pulchra: ut & נִוִי pulchritudo, &c. Sed hæc, quæ hic ex textu allata ſunt, poſſunt & ad Niphal Radicis אָוָה referri: ut pulchra ſic dicantur quia deſiderabilia; Bu. Lex. Videantur itaque etiam ibi, ubi ordine Conc. deſcribuntur. Item נָאוֹת no. pl. f. habitacula, &c. pro נָוֹת, vide in Rad. נָוָה; pag. Cocc.

Rad. 3. נָאַם eſt, dicere, loqui, eloqui; Pag. dixit Bu. Lex. Av. Certò aſſeveravit, verificavit, proteſtatus eſt; ait: & propriè eſt, ceu ſub juramento aliquid aſſeverare, ſive dicere in veritate. Nam eſt cogn. cum אֱמֶת verus fuit: Uſurpatur autem tantùm part. Pahul kal, in regimine, quod per omnes perſonas poteſt reddi; & ferè in textu tribuitur Deo. Semel etiam reperitur in futuro; Av. נָאַם ſignificat, certè affirmare, aſſerere. Unde נְאֻם nomen participiale, certus & fide dignus ſermo, dictum indubitatum: tametſi per verbum, dixit, reddant interpretes: unde Deo propriè tribuitur uſquequaque veraci, aut Prophetis, aut viris ejus ſpiritu impulſis. Quanquam ego generaliùs ſumpſerim pro eo quod nos dicimus, Ait. Sunt qui hoc exiſtiment expreſſum per illud Pauli, πιστὸς ὁ λέγων, quod præponere ſolet, rem certam & indubitatam ſubiecturus, vel aſſerens quod dixit. Inſuper faciunt in Scriptura duo hæc relativa ſibi invicem, נְאֻם & הָאֹמֵן: quòd fides ex indubitato Dei verbo pendeat. Quod etſi curioſum eſt, non tamen planè contemnendum: quòd ad ordinem credendi conſiderandum, & planè intelligendum, non mediocriter conferat; Merc. Nomen participiale conſtr. נְאֻם (quaſi à forma abſol. part. Pahul נָאוּם, dictus, &c.) dictum; tritum & commune fuit in Prophetarum exordiis vocabulum; & per præſens indicativi, ait, dicit, vulgò redditur: ut & Targum per אֲמַר dicit; Bu. Lex. Frequentiſſimè uſurpatur de Deo; Coc. & ſic נְאֻם יְהוָה verti ſolet, vel verbaliter, dicit Dominus: vel nominaliter, ut nomen ſcil. vel ut part. paſſ. kal,

kal, in regimine, i. e. dictum Domini, &c. Ab. Ezra ſcribit nomen eſſe; quanquam verti ſolet, dicit, vel ait, non modò à Latinis interpretibus, verùm etiam à Jonathan & ab Onkelos in Targum, &c. Pag. נְאֻם propriè eſt ſermo fidelis, ſeu fide & acceptione dignus; & verbaliter, non eſt ſimpliciter, dixit, ſed potiùs, certum ſeu verum dixit, aſſeruit, ſeu aſſeveravit, certò affirmavit, promiſit, &c. & propriè Deo attribuitur, qui cùm ſolus verax eſt, & veritatem loquitur, (prout Chriſtus dicit Patri ſuo, ſermo tuus eſt veritas) indubitatâ fide amplectendum eſt quicquid promittit, & loquitur: Præterea, Theologum cumprimis ſcire refert, quid in Scriptura credendi ſeu fidei vox propriè ſignificet; quod equidem non poteſt niſi harum duarum vocum, נאם & הֶאֱמִין cognitione & collatione: nam ut verbum נָאַם ſignificat certum, certa & indubitata loqui, veritatem dicere abſolutam, quod eſt ſolius Dei loquentis: ità rurſum verbum הֶאֱמִין propriè ſignificat, fidem certò adhiberi illi verbo Dei, illique credere, & in eo acquieſcere; alioqui non eſſet fides, ſed vel incerta opinio, ſive ſimplex notitia, vel vana ſuperſtitio. Ità ut ſicuti נאם ſignificat certum Dei ſermonem, & indubitatum Dei verbum; ità אֱמוּנָה, fidei vocabulum, ſignificet, non niſi verbo Dei aſſentiri, in illud recumbere, & fide ſibi applicare quæ in verbo Dei & promiſſionibus proponuntur. Et extra verbum Dei non eſſe fidem, ſed ſuperſtitionem, qualis eſt omnium eorum qui ſibi alium Deum, aliam religionem, alios cultus, alias denique ceremonias comminiſcuntur, quàm ut in verbo Dei præſcripta & patefacta ſunt. Ut igitur prius, נְאֻם, eſt verum dicentis; ità alterum, הֶאֱמִין, eſt certò credentis; & fide indubitata dictum illud verum apprehendentis. Hæc fuſiùs & planiùs de hac voce ex Forſt. quam quæ ſuprà ex eo deſcripſerat Merc. Occurrit autem hæc vox frequens in textu. נְאֻם dictum; vel dicit, dixit, &c. (idque ferè ſemper ſequente יְהוָה) Gen. 22.16. Num. 14.28..24. 3.4,15,16. 1 Sam. 2.30. 2 Sam. 23.1. 2 Reg. 9.26. Pſal. 36. 2..110. 1. Prov. 30.1. Iſa. 1.24..3.15..14.22,23..17.3,6.. 19.4. &c. Jer. 1.8,15,19. &c. 46.18..48.15. &c. 51.27. &c. ad Mal. 1.2. in 300. circ. l. Item occ. etiam cum ו cop. præf. ſic, וְנְאֻם & dictum, Num. 24.3,15. 2 Sam. 23.1. In fut. kal, 3.ſ.m. יֵאָם dicet, loquetur, &c. unde occ. in 3. pl. m. cum ו conv. præf. ſic, וַיֵּאָמֶר & dixerunt, Jer. 23.31. Atque hinc quidam Hebræorum deducunt illud in pl. m. cum ל præf. לְנֵאָמִים eloquentibus, facundis, ſcil. ſeu oratoribus, &c. Pag. Bu. Job. 12.20. ſed de illo vide Rad. אָמַן, Bu. Lex. in conjug. ſcil. Niphal.

Rad. 4. נָאַף eſt, adulterare, adulterium committere; Pag. Bu. mœchatus fuit, Bu. Lex. coivit cum aliena uxore, ſeu alieno marito: adulterium commiſit coeundo, &c. Av. Significat μοιχᾶσθαι. 70. μοιχᾶσθαι. mœchari, Cocc. Differt autem hoc verbum à זָנָה, quòd hoc verbum non niſi in nupram competat; זָנָה verò generaliter ſit ſcortari: illudque diſcriminis apertè oſtenditur Hoſ. 4.14. In decalogo tamen ſub adulterio continetur quævis ſcortatio, etiam fornicatio ſimplex: quòd in ſecunda tabula ea contineantur præcepta quæ directè proximum reſpiciunt; Merc. Exod. 20.14. לֹא תִנְאָף non adulterabis, vel adulterium committes, exp. nè ſcortator; ut Ab. Ezra prolixè hoc loco explicat; licèt R. Sal. notat dici tantùm de nupta: ſed refutatur ab Ab. Ezra; Bu. Lex. Occurrit autem in kal, part. ben. ſ.m. ſimpl. & cum הַ dem. ut & in f.f. cum יָהּ præf. in forma ſcil. cum duplice ſægol ante Thau, & in forma pl.f. ſimpl. ut ſeq. נֹאֲפָת adulterans, Job. 24.15. Prov. 6.32. הַנֹּאֵף, וְהַנֹּאֶפֶת adulter & adultera, Lev. 20. 10 נֹאֲפוֹת adulterantes, Adulteræ, Ezech. 16.38..23.45 In infin. kal, occ. ſimpl. & cum ל cop. præf. לָנְאוֹף adulterando, Jer. 23.14. וְנָאֹף & adulterando, Hoſ. 4.2. In fut. kal, 2.ſ.m. occ. cum cametz in ult. pro pathach, ob pauſam; ſic, תִּנְאָף adulterium committes, Exod. 20.14. Deut. 5.18. & in 3. f.f. fut. kal, occ. cum ו conv. præf. וַתִּנְאַף & adulterabatur, Jer. 3.9. Item in 3. ſ.m. fut. kal, occ. ſimpl. ſed 3. pl. m. cum ו conv. præf. occurrit cum cametz pro cateph pathach penult. ob pauſam; ſic, יִנְאָף adulterabitur, Lev. 20.10. וַיִּנְאֲפוּ & adulterati ſunt, Jer. 5.7. In Piel נִאֵף adulterium frequens commiſit, mœchatus eſt; Av. occ. autem in præt. piel, 3. f.f. & in 3. pl. נִאֲפָה adulterata eſt, Jer. 3.8. נִאֲפוּ adulterantur, Ezech. 23.37. In part. piel, occ. ſ.m. & in forma pl.m. ſimpl. & cum יְ præf. מְנַאֵף adulter, Iſa. 57.3. מְנַאֲפִים adulteri, Pſal. 50. 18. Jer. 9.1..23.10. Hoſ. 7.4 וּמְנָאֲפִים & contra adulteros, Mal. 3.5. ut & in part. piel, f.f. occ. in forma cum duplice ſægol ante Thau, ſed cum cametz pro ſægol penult. ob pauſam, idque ſimpl. & cum הַ cop. & הַ dem. præf. מְנָאֶפֶת adultera, Prov. 30.20. וּמְנָאֶפֶת & adultera, Hoſ. 3.1. הַמְנָאֶפֶת adultera, Ezech. 16.32. In fut. Piel, 3. ſ.m. וְנִאֵף; unde in 3. pl. m. occ. cum ו conv. præf. ſic, וַיְנָאֲפוּ & adulterati ſunt, Jer. 29.23. & in 3. pl. f. fut. piel eſt, תְּנָאַפְנָה adulterantur, Hoſ. 4.13,14. Atque indè nomina, i. No. m. נָאוּף adulterium; Pag. Av. ſed occ. in forma pl. m. cum kibbutz pro ſchurek; ſic, נְאָפִים adulteria, Ezech. 23.43. & in forma pl. m. conſtr. נַאֲפֵי, ſed occ. cum יךָ Aff. ſic, נַאֲפֶיךָ adulteria tua, Jer. 13.27. Item, 2. hinc etiam No. נַאֲפוּף idem, adulterium; ſed inſignè & ſæpe reiteratum, ideoque geminatur Pe ad auxeſin; Av. Eſt enim ex geminata 3. rad. formæ inſtar נַעֲעָץ à נָעַץ; Bu. Lex. In forma pl. m. נַאֲפוּפִים & in conſtr. נַאֲפוּפֵי; prout occ. cum ו cop. præf. & הָ Aff. ſic, וְנַאֲפוּפֶיהָ & adulteria ejus, Hoſ. 2.4.

Rad. 5. נָאַץ eſt, מָאַס, inquit R. D. i. e. abjicere, ſpernere, contemnere, floccifacere. Et quæ ſunt in Conjugatione gravi (in piel ſcil. & hithpael) ſunt ferè ſignificationis כָּעַס irritare, aut iraſci facere, inquit R. D. Pag. cum מָאַס quidem convenit, ſed atrocius eſt; Coc. Irritavit aliquem convitiis, exſecratus eſt, reſpuit & ſprevit cum execratione, inceſſit maledictis, blaſphemavit, ſubſannavit. Sine Accuſativo intranſitivè, irritatus eſt; Av. In Deum graviùs ſonare videtur, quaſi irritare contumeliis. Blaſphemare noſtri ex Græco dixerunt, quod convitiis & maledictis laceſſere dici poteſt. Non diſplicet diſtinctio Kimchi: ut in pihel augeatur ſignificatio. Initio Pſal. 10. apparet eſſe contrarium verbo בָּרַךְ; Merc. Occurrit autem in præt. kal, 3. ſ.m. & 3. pl. cum cateph pathach, ſed ob pauſam cum cametz penult. ſic, נָאַץ ſprevit, Prov. 5.12. נָאֲצוּ ſpreverunt, Prov. 1.30 נָאֲצוּ ſpreverunt, Pſal. 107.11. In fut. kal, occ. in 2. & 3. ſ.m. cui ult. ו conv. eſt præf. idque cum pathach, ſed ob pauſam cum cametz in ult. ut & in 3. pl. m. cum Nun parag. & cum cametz pro cateph pathach in penult. ob pauſam, ut ſeq. תִּנְאַץ contemnas, Jer. 14.21 יִנְאַץ ſpernet, Prov. 15.5. וַיִּנְאַץ & ſprevit, Lam. 2.6. וַיִּנְאַץ & ſprevit, Deut. 32.

19.

19. יִנְאָצוּן contemnunt, Jer.33.23. In piel, נִאֵץ contempſit,contemptim irritavit, provocavit ; Bu.Lex. exaſperavit ; Av. prout occ.in præt.piel, 3. & 2.ſ.m. & in 3.pl.cum cateph patach , ſed in pauſa cum Tzere penult.ut & cum ־ conv.præf & יְ Aff.ut ſeq. נִאַץ irritat, Pſa.10.3,13.נִאַצְתָּ irritaſti, 2 Sam.12.14. נִאֲצוּ provocarunt,ſpreverunt,irritarunt,Num.16.30.1 Sam.2.17.Pſ. 74.18 Iſa.1.4.נִאֲצוּ idem, Iſa.5.24. וְנִאֲצוּנִי irritabunt me, Deut.31.20. In part.piel,ſ.m. מְנַאֵץ irritans, vel ſpernens ; unde in forma pl. m. מְנַאֲצִים & in conſtr. מְנַאֲצֵי ; prout occ.cum ־ Aff.cui & לְ eſt præf. & cum יְ in pauſa,pro יְ Aff.ſic, מְנַאֲצַי irritantes me,Num. 14.23.לְמְנַאֲצַי ſpernentibus me, Jer.23.17. מְנַאֲצֶיךָ irritantes te,Iſa 60.14. In Infin.piel,occ.cum chirek ante Tzere ; ut in præt.pro נִאֵץ ; Bu.Lex.ſic, נַאֵץ irritando,2 Sam.12.14. In fut.piel,3.ſ.m.occ.ſimpl.ſed in 3.pl. m.occ.cum kibbutz pro ſchurek, ante יְ Aff.ſic, יְנַאֵץ irritabit,Pſal.74.10. יְנַאֲצוּנִי irritabunt me,Num.14.11.In Hithpael הִתְנַאֵץ ; Av.vel הִתְנַאֵץ Bu.man.irritari, Bu. fecit ſe irritare, vel -ri ; irritavit ſeipſum ; Av. Unde in part.hithp. ſ.m. juxta normam eſſet מִתְנַאֵץ , vel in forma cum cholem מִתְנָאֵץ , vel מִתְנָאֵץ : ſed pro eo,oc. abjecto Thau hithp. & compenſato Thau per dageſch in Nun,quaſi eſſet part.compoſ. ex pual & hithpael ; Bu. Lex.ſic, מְנֻאָץ irritatur,Iſa.52.5. Atque indè nomen נַאֲצָה , vel נַאֲצָה , aut נַאֲצָה fæm. irritatio contumelioſa , contumelia ; Bu.Lex. Blaſphemia qua aliquis irritatur; Av.prout occurrit forma ſ.f.cum Scheva ſub Nun poſt ־ cop.præf. & forma cum ſægol ſub Nun in pl. f. ſimpl.& forma denique cum camets ſub Nun in pl.f.cum יךָ Aff.ut ſeq נַאֲצָתְךָ irritatio,contumelia,2 Reg.19.3. Iſa.37.3.נַאֲצוֹת contumeliæ, Neh.9. 18, 26. נַאֲצוֹתַיִךְ contumelias tuas, Ezech.35.12. [נָאַץ in alia ſignificatione ; floruit, effloruit , in florem erupit,&c. hoc vide in Rad. נָצַץ ; Av.]

Rad. 6. נָאַק eſt יָעַק clamare, inquit R.D.Pag.gemuit,Bu.Lex. Significat ingemiſcere , vocem gemibundam edere ; ut ſolent ſaucii. Idem cum אָנַק , literis tranſpoſitis. אָנַח verò generaliter eſt,ſuſpirare, gemere quacunque de cauſa. Hoc autem verbum in iis qui cæſi ſunt ad mortem, locum habet proprié : quod etſi Exod. 2. verum non videatur , nota eo loco gravem deſignari Iſraelitarum afflictionem,gemitui ſauciorum penè parem; Merc.gemuit propter dolorem & neceſſitatem magnam, exclamavit voce gemibunda. Idem eſt quod נָהַק rudere : niſi quod hoc verbum tribuitur tantùm brutis : illud autem hominibus vocem non diſſimilem à brutis edentibus. Edidit vocem ululantem ; Av. Occurrit in præt.kal, 3.ſ.m.cum ־ conv.præf. וְנָאַק & vociferabitur, Ezec.30.24. In fut.kal, à 3.ſ.m. יִנְאַק exclamabit,occ.in 3.pl.m.ſic, יִנְאֲקוּ exclamant, Job.24.12. Atque indè No. נַאֲקָה f. gemitus ; Bu.Lex.Av. clamor lamentabilis ; Av Occurrit in forma ſ.f.conſtr.ídque ſimpl.& cum ם Aff.cui etiam מ eſt præf.נַאֲקַת clamor , gemitus, Exod.5. 5. נַאֲקָתָם clamorem eorum , Exod. 2. 24. מִנַּאֲקָתָם à clamore eorum, Jud.2.18. & in forma pl.f. abſol. נַאֲקוֹת ; unde in forma pl. f. conſtr. eſt,נַאֲקוֹת clamores.gemitus, Ezech.30.24.

Rad.7. נָאַר eſt רָחַק elongavit , & הִשְׁלִיךְ מִן הַלֵּב projecit à corde,inquit R.D.Pag.Non occurrit in kal,ſed in piel, נִאֵר deteſtatus eſt ; Bu.Lex.irritum fecit, abrogavit , profanavit, violavit, aſpernatus eſt.abnegavit : ut ſi quid nolumus agnoſcere curâ & proſpectione. Hinc per metath. ἀρνέομαι, &c. nego,abnego ; Av.Occurrit in præt.piel,3.ſ.m. & in 2.ſ.m cum He parag.add. & cum Tzere ſub Num;ſic,נֵאַר deteſtatus eſt,Lam.2.7 נֵאַרְתָּה deteſtatus es, Pſal.89.40. [נְאוֹת paſcua, habitationes, & loca amœna vel plena paſcuis , vide in Rad. נָוָה decoravit ; Av. Item נָבַב ; unde נָבוּב , quære in Rad. בוּב vel בִּיב ; Pag. Av.]

Rad. 8. נָבָא prophetavit, prædixit ventura, vaticinatus eſt: item prædicavit, concionatus eſt, habuit concionem, præfatus eſt. Idem quod נָבָה , & cogn. cum בּוֹא , i.e. venit: nam prophetare eſt prædicere quæ in poſterum ſuo tempore ſunt ventura, aut eventura. Hinc per Aphæreſin φάω, φῶ dico,prædico; antiquum verbum pro φημί, πρόφημι, prædico ; προφήτης Propheta, προφητεύω propheto.Item βάζω, &c. loquor, & Latinum for,faris, fari, profari, præfari, &c. item fatum & fateor, &c. Av. Non autem occurrit in kal, ſed in Niphal, נִבָּא prophetavit, prophetam egit, vaticinatus eſt ; Pag. Bu. Lex. Hoc autem verbum venit ut plurimum in Niphal, eò quòd paſſivè ſignificet receptionem prophetiæ à Deo,& ſermonem quem jubet Deus ut loquatur Propheta iis ad quos mittitur ; Pag.Interdum generaliter ſumitur pro alterius voluntatem enunciare, & interpretari ; ut Exod.7.1. unde & Prophetæ dicti,quaſi oraculorum & decretorum Divinorum internuncii, aut miſteriorum explicatores ſive elocutores. Quo nomine Doctores continentur, ut apud Paulum, & & qui ſacra tractant, aut laudes divinas deprædicant, ut Cantores in templo, quibus in lib. Paral.1.25. hoc verbum tribuitur : unde & nomen videntis illis etiam tribuitur, quòd Spiritu ſancto afflati laudes divinas canerent. Vide Kimchi in præfatione in Pſalmos. Prophetæ immediatè à Deo excitabantur.Semper in magno honore & pretio fuerunt etiam apud Gentes.Varia Prophetiæ genera vide in Num.12. Aut in ſomnis, aut viſione, aut verbo , aut ab Angelo illis revelabantur futura, & aliis eventura. Sed Moſes gradum Prophetarum ſuperavit familiariter cum Deo colloquens, ut eſt eo loco. Erant ex quavis tribu Prophetæ, ſacerdotes tantùm ex tribu Levi. Inſuper munus utriuſque diverſum. Antiquâ appellatione Propheta dictus eſt רוֹאֶה vel חוֹזֶה videns,vel prævidens;item vir Dei : ut paſſim ex Scriptura videre licet. Reperitur & in Hithpael; ac Elias notat ferè in ea conjugatione falſam Prophetiam ſignificare, cum quis ſe propria autoritate, à Deo non miſſus, ingerit ut propheter: ut in Prov. מְחַנֵּף ſe divitem ſimulat. Merc. נָבָא prophetare,notat actum à ſpiritu Dei loqui. Vide 2 Pet.1.21. ſed 1 Sam.10.11. cum Prophetis נָבָא vaticinabatur, i,e, cum loquentibus divina, & hymnos canentibus eadem agebat. Nam dicitur prophetare, non tantùm, qui loquitur myſteria & futura per revelationem extraordinariam, ſed &, qui loquitur divina per revelationem ordinariam, ſive cum ſpiritûs approbatione ſingulari,ſive alioqui in bona conſcientia. Jer.20.6. נִבָּאתָ vaticinatus es. Jer.26.9. נִבָּיתָ, Joel. 3. 1, vel 2.28. וְנִבְּאוּ בְנֵיכֶם & prophetabunt filii veſtri. Poſtquam verbum Evangelii auditum eſt,& nullus ampliùs Propheta exſpectatur, qui indicet verbum,per quod Deum cognoſcamus , & Spiritus gratiæ ac filiationis

onis effusus est; qui credit & loquitur, eo loco est, quo olim prophetæ; à Deo per ipsius verba & legem in publico positam discit, eam inscribente spiritu in cor ejus, & per ea quæ didicit, ac per verba spiritûs, proficit ad sapientiam & prudentiam & cognitionem mysteriorum Dei; Cocc. Construitur verò hoc verbum in Niphal cum præp. לְ, עַל & אֶל; Bu.Lex. Occurrit autem in præt.niph.3.ſ.m.ſimpl. & cum הַ dem. præf. נִבָּא prophetavit, 1 Sam.10.11. Jer.20.1..25.13..26.11.. 29.31. Ezech.12.27. הַנִּבָּא qui prophetavit, 1 Chron.25.2,3. ſed in 2.ſ.m.occ.vel juxta normam cum Tzere ante Aleph 3.rad. vel præter morem cum Tzere ante jod loco Aleph 1.rad. formæ inſtar verborum cum He 3.Rad. ut ſeq. נִבֵּאתָ prophetaſti, Jer.20.6..28.6. נִבֵּיתָ prophetaſti, Jer.26.9. Item occ.& in 2.ſ.m. & in 1.ſ. cum וְ conv. præf.utrique; ſic, וְנִבֵּאתָ & prophetabis, Ezech. 4. 7. וְנִבֵּאתִי & prophetavi, Ezech.37.7. & in 3. pl. præt. niph.occ. cum ſcheva, ſed in paula cum cametz penult. ut & cum וְ cop.vel conv. præf.ſic, נִבְּאוּ prophetarunt, Jer.37.19. נִבָּאוּ prophetarunt, Jer.23.21. וְנִבְּאוּ & prophetârunt, Joel.3.1. In part.niph.ſ.m.eſt & occ.loco ſeq. נִבָּא prophetans, Jer.33.3. & in forma pl.m.part. niph. occ. locis ſeq. נִבְּאִים prophetantes, 1 Sam. 19.21. 1 Reg.22.12.2 Chro.18.11. Jer.14.14,16..27.9,13,14,15.. 29.9. cui etiam formæ pl.m. הַ dem. eſt præf. idque in pauſa cum cametz penult. ſed extra pauſam cum Scheva penult.ſic, הַנִּבְּאִים qui prophetant, Ezech.13.12. הַנִּבְּאִים qui prophetant, prophetantes, Jer.14.15..23. 16,25..27.14,15..29.21. Ezech.13.16..38.17.& in forma pl.m.conſtr. part.niph.eſt, נִבְּאֵי prophetantes, Jer. 23.26..43.32. In Infin.niph.occ.cum לְ præf. ut & cum יְ Aff. cui etiam בְּ & כְּ ſunt præf. & cum וֹ Aff. & בְּ præf. לְהִנָּבְּא ad prophetandum, Jer. 19.14.. 26. 12. Am. 7. 13. בְּהִנָּבְּאִי in prophetare me, Ezech.37.7. כְּהִנָּבְּאִי juxta prophetare me, Ezech.11.13. בְּהִנָּבְּאִי in prophetare eum, Zach.13.3. In Imper. niph.ſ.m. occ. ſimpl.& cum וְ cop.præf. הִנָּבֵּא prophetato, Ezech.11. 4..13.2..21.14,19,33..36.3..30.2..34.2..36.1.. 37.4,9.. 38.14..39.1. Am.7.15. וְהִנָּבֵּא & prophetato, Ezech.6. 2..13.17..21.2,7..25.2..28.21..29.2..35.2..38.2. In fut. niph.occ. in 2.& 3.ſ.m. cui ult. וְ conv. eſt præf. ut & in 2.& 3.pl.m. cui etiam ult. וְ conv. eſt præf. תִּנָּבֵּא prophetabis, Jer.11.21..25.30. Am.7.12,16. יִנָּבֵּא prophetabit, Jer.28.9. Am.3.8. Zach.13.3. וַיִּנָּבֵּא & prophetavit, Jer.26.20. תִּנָּבְּאוּ prophetabitis, Am. 2.12. וַיִּנָּבְּאוּ & prophetarunt, Jer.28.8. In hithpael, הִתְנַבֵּא; Av. vel הִתְנַבָּא Bu. idem cum Niphal; Bu. fecit ſeipſum prophetare; prophetavit; Av. unde in 2. ſ. m. præt. hithp. הִתְנַבֵּאתָ prophetaſti: pro quo cum וְ conv.præf. occ.cum jod loco Aleph in medio poſt chirek vel tzere ad formam verborum in He definentium, Bu.Lex. ſic, וְהִתְנַבֵּיתָ & prophetabis, 1 Sam.10.6. ſed in reliquis perſonis præt. hithp. quæ occurrunt, abſconditur Thau hithp. per dageſch in Nun; Av. vel cum ſyncopa literæ Thau; Bu.Lex. compenſatæ ſcil.per dageſch in Nun ſeq.ut in 1.ſing.præt.hithp.(pro הִתְנַבֵּאתִי) occ. cum וְ cop.præf.ſic, וְהִנָּבֵּאתִי & prophetavi, Ezech.37.10. prout etiam in 3.pl.præt.hithp. (pro הִתְנַבְּאוּ) eſt itidem cum Thau ſyncopata, & camerz ſubNun dageſchatz, pro patach & dageſch in Beth; ſic, הִנָּבְּאוּ prophetabant, Jer.23.13. In part.hithp.ſ.m. occ. ſimpl. & cum וְ & הַ dem.præf. מִתְנַבֵּא prophetans, 2 Chro.18.7. Jer.26.20. וּמִתְנַבֵּא & prophetans, Jer.29.26. הַמִּתְנַבֵּא qui prophetat, Jer.29.27.& in pl. m. part. hithp. occ. ſimpl ſed in forma pl.f. cum הַ dem. præf. ut ſeq. הַמִּתְנַבְּאִים prophetantes, Num.11.27.1 Sam.10.5.1 Reg.22.10. 2 Chron.18.9. Jer.14.14. הַמִּתְנַבְּאוֹת qui prophetant, Ezech.13.17. In Infin. hithp. הִתְנַבֵּא prophetare: ſed cum מִ præf. occ.ad formam verborum in He definentium in וֹת ſcil.ult.abſque 3.Rad.Aleph; ſic, מֵהִתְנַבּוֹת à prophetando, 1 Sam. 10.13. Item cum בְּ præf.& יְ Aff. occ.iterum, abjecto Thau hithp.& compenſato per dageſch in Nun, & cum camerz pro pathach & dageſch in Beth; ſed plenè cum Aleph 3.Rad.ante וֹת in fine (pro בְּהִתְנַבֹּאתוֹ cùm prophetaret ille) ſic, בְּהִתְנַבְּאוֹתוֹ in prophetare eum, Zac.13.4. In fut.hithp.3.ſ.m.occ. ſimpl. cum יְ conv.præf. ut & in 3.pl.m.cum יְ conv.præf. יִתְנַבֵּא prophetabit, 1 Reg.22.8,18.2Chr.18.17. וַיִּתְנַבֵּא & prophetavit, 1 Sam 10.10..18.10..19.23,24. 2 Chron. 20. 37. וַיִּתְנַבְּאוּ & prophetarunt, Num.11.25,26.1 Sam.19.20.. 21.22. 1 Reg.18.29. Atque indè nomina, i. נָבִיא m. propheta; Pag.Bu.Av. Vates qui prædicit ventura; vel prædicator ſive verus, ſive falſus; Av. R.Sal. ad locum, Exod.7.1. deducit nomen hoc à נוּב eloqui; quaſi נָבִיא ſit orator, præco eloquens, concionem habens ad populum, qui Gallicè dicitur Predicateur, prædicator vulgò. Sed rectè ab Ab.Ezra refutatur, qui ſcribit Aleph eſſe Radicale, & propriè נָבִיא dici eum cui Deus arcana ſua revelat; Bu,Lex. נָבִיא non tantùm eſt futurorum prædunciator, ſed omnis verbi Dei pronunciator; προφήτης. ut Gen.20.7. nam נָבִיא הוּא propheta eſt, & orabit pro te: Propheta, i.e.utens alloquiis Dei. Deut. 18.15, 18. prophetam, &c. excitabit Jehova, &c. ei auſcultabitis: & v.18. & dabo verba mea in os ejus. Intelligitur is qui abſoluturus erat verba Dei ad Iſraelem, quæ dicenda erant, ut fieret Deus Iſraelis: quæ Moyſes loqui non poterat. Confer Joh.3.32,34. Jer.14.18. גַּם נָבִיא גַּם כֹּוהֵן; ſic cap.8.10,23..11.33..26.7,8. Intelliguntur doctores populi qui debent eſſe נְבִיאִים, i. e. audita & revelata à Deo loqui. Dan.9.24. לַחְתֹּם חָזוֹן וְנָבִיא ad obſignandum viſionem & prophetam; h.e. loquentem myſteria & res futuras; ut ſcil.prædictio miſſorum à Deo, & exſpectatio fidelium incipiat eſſe vera. Deut.18.22. traditur regula quomodo agnoſcendus ſit verus Propheta. Qui docet, quod Deus dixit in verbo ſuo, is nullo indiget ſigno vel miraculo; veluti, qui prædicat pœnitentiam, & ad pœnitentiam, judicia Dei, qualia Deus comminatus eſt, proponit. Qui autem loquitur bona, quæ jubet exſpectari, ſi ea non fiant, falſus Propheta eſt: nec timendus, ut ei præſtetur obſequium. Ita explicat Jeremias cap.28.8,9. In 2Chr.20.20. dicit Joſaphat בְּיהוָה אֱלֹהֵיכֶם וְתֵאָמֵנוּ הַאֲמִינוּ בִּנְבִיאָיו וְהַצְלִיחוּ credite in Jehovam Deum veſtrum, & permanebitis: credite in Prophetas ejus, & proſperè agite. Qui in fœdere Dei & fide ipſius ſtant, poſſunt ſecundùm fœdus ejus omnia proſpera exſpectare. Erat Propheta, qui pollicebatur facilem & ſine labore victoriam. Non temerè egerunt, qui hoc crediderunt futurum, nec temerè egiſſet Achaz, ſi credidiſſet Jeſaiæ, vel etiam juſſus ſignum petiviſſet, cap.7. 11,12. nec Iſraelitæ, ſi Moſi etiam abſque ſigno credidiſſent: quia promiſſionem liberationis acceperat Abraham, Exod.3.16,17,18. In Novo Teſtamento falſus Proph eta eſt, qui dicit legem Dei non eſſe omnibus

Rad. 61. קעע: icit, impreſſit Stigma, ſeu notam cuti. Hinc Lat. ico, icis, icere & ictus. Non autem uſurpatur hæc Radix, niſi tantùm duplicata ſeu geminata. Av. Nam inde eſt No geminatum קַעְקַע, vel קַעֲקַע, m. ſtigma: Bu. Coc. Av. nota impreſſa ſcil. in carne ictus; prout occ. Lev. 19. 28. וּכְתֹבֶת קַעֲקַע & ſcripturam ſtigmatis, non ponetis in vobis. Bu. Lex. Av. 70. γράμματα στικτὰ: Kimchi חֲרוּת שֶׁיַּחֲרוּת עַל־בְּשָׂרוֹ inciſura, quam quis facit ſeu incidit in carne ſua. Confer Galat. 6. 17. ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω. Coc. Alii verò referunt hoc No. ad Rad. קָעַע ibi etiam require: Pag. Rectum eſt autem ut ex hac Rad. ſit, inquit R. D. קוּץ, m no. Toar. ſeu Adject. epithetum, viri honorabilis: Pag. ſeu viri inſignis, aut inſigniti notis quibuſdam: ut quidam putant, viris principibus apud Babilonios (quorum, illic ubi legitur, meminit Propheta) moris fuiſſe, ut notis in carne impreſſis inſignirentur: undè No. præced. קַעֲקַע, ſignum, ſeu ſtigma in corpore impreſſum & velut inciſionem, ſignif. Merc. קוּץ eſt, dux, præſes, princeps, munificus &c. Av. Occ. cum ו cop. præf. ſic, Ezech. 23. 23. וְשׁוּעַ, & principem: וְקוֹץ, & ducem: vel, & divitem, & honorabilem. R. D. priùs dicit eſſe Toar, ſeu Epitheton, liberalis magni: alterum, i. e. קוּץ, eſſe Toar principis magni; ſed ſecundum Targum ſunt nomina gentilia, Schoitas, & Kohitas. Pag.

Rad. 62. קָעָר: indè No. קְעָרָה, f. ſcutula, aut ſcutella; Pag. Bu. Av. phiala, catinus, crater, trulla, genus vaſis capacioris, quæ in libationibus & ſolennioribus epulis, uti ſolent, ad commiſcendos ſeu temperandos cibos, vel etiam ad diluendum vinum. Hinc κεράω, κεραννύω, κεραίνω, miſceo, tempero: item crater, κρατὴρ, & cratera: &c. Av. Quidam conferunt cum קָעַע, diducere, diſtendere: ut ſit patina, à latitudine. Sic & in Germaniâ ſuperiori, magaam ſcutellam vocant, ein kar. Merc. hoc No. 70. vertunt τρυβλίον. Minùs מִזְרָק, φιάλη: adhuc minus, כַּף θυίσκη: Coc. occurrit autem hoc No. in abſol. forma, ſ. f. cum ה dem. præf. loco ſeq. הַקְּעָרָה ſcutella, Num. 7. 85. Et in forma f. f. conſtr. occ. locis ſeq. קְעָרַת ſcutella, Num. 7. 13, 19, 25, 31, 37, 43, 49, 55, 61, 67, 73, 79. In forma pl. f. juxta normam eſt cum pathach ſub 1. & kateph-pathach. ſub 2. prout ſcribitur in loco 2. cit. ſed cum ה dem. præf. & cum י aff. abſque præf. occ. cum Scheva ſub 1. & kamets, ſub 2. præter normam pro pathach ſub 1. & kat. path. ſub 2. Rad. Pag. Coc. prout ſeq. הַקְּעָרוֹת ſcutellas, Num. 4. 7. קְעָרוֹת ſcutellæ, Num. 7. 84. קְעָרוֹתָיו ſcutellas ejus, Exo. 25, 28. 37. 16.

Rad. 62. קָפָא: eſt, coagulare, congelare: Pag. vel potiùs, concreſcere. coagulari, condenſari, compingi: Merc. Bu. Lex. In kal, coagulatus eſt, condenſuit, conglomeratus, compactus eſt, &c. Hinc per Metath. πήγω, πηγνύω, coagulo, congelo, & πυκνὸς, denſus; πυκάζω, πυκόω, denſo, condenſo, &c. Av. 70. reddunt per, πήγνυσθαι: coagulari: Coc. prout occ. in præt. kal, 3. pl. & in part. Ben. kal, (a ſ. m. קוֹפֵא, concreſcens &c.) in forma pl. m. cum ה dem. præf. ſic: הַקְּפָאוּ concreverunt, Exod. 15. 8. קְקֻפָאִים qui concreti ſunt. Zeph. 1. 12. In hiphil הִקְפִּיא, coagulare: Bu. vel fecit coagulare. coagulavit: Av. prout occ. in fut. hiph, (a 3. ſ. m. יַקְפִּיא, coagulabit) 2. ſ. m. cum נִי aff. loco ſeq. הַקְפִּיאֵנִי coagulaſti me, Job. 10. 10. Atque indè eſt No. cum Nun heemant. poſt cholem in ult. viz. קִפָּאוֹן, m. concretio, denſitas, coagulatio, congelatio, ſpiſſitudo: Pag. Bu. Av. Cocc. Prout occ. cum ו cop. præf. ſic, Zach. 14. 6. In die illâ non erit lux יְקָרוֹת gloriarum, (aut. prætioſitatum: i. e. glorioſa, aut pretioſa: eſt enim No. Subſtantivatum à יָקָר) וְקִפָּאוֹן & congelationis, i. e. juxta R. D. הַשִּׁלֶג הַקּוֹפֵא, h. e. Nix congelata: quod in comment. ſic exp. per Metaph. ſignificat, quòd non erit lux diei illius ſplendida quæ eſt lux pretioſa, aut glorioſa: (juxta Job. 31. 26. & Lunam glorioſam ambulantem) neque lux קִפָּאוֹן coagulationis, h. e. coagulata, & denſa, quæ eſt ſicut tenebræ. Senſus: non erit dies illa tota, neque ſicut lux, neque ſicut tenebræ: i. e. Nec erit in refrigerio, neque in anguſtia: quia utrumque erit in illa. Et ſic dicit verſu ſeq. neque dies neque nox. Et ſic קִפָּאוֹן coagulatio, eſt res denſa: vel pro Adject. coagulata, tenebroſa, denſa, ſicut glacies, quæ eſt coagulata & congelata: ut in Job. 10. 10. Pag. Non erit lux clara, aut ſpiſſa: Cocc. vel. lux pretioſitatum, & coagulationis: Av. Hoc autem in loco ſcribitur hoc No. cum Jod ab initio, ſed legitur cum vau: Pag. Nam ſecundùm puncta legitur nominaliter וְקִפָּאוֹן, & coagulatio: ſed ſecundum literas verbaliter יִקְפָּאוֹן coagulabuntur. Av. Et erit die illo, (ut) non ſit lux pretioſa & denſa: Hebr.

pretiorum & denſitatis: i.e. ut dies non ſit varius, & inſtabilis modoſerenus, modò nubilus. Jun. Quidam exp. nec lucem nimium excellentem fore, nec denſiorem, ſed juſti & jucundi ſplendoris: quod putant per Prophetam in ſequentibus declarari. Sed ſenſus Hebræorum magis placet, medium quoddam tempus fore: Merc.

Rad. 64. קָפַד: In Bu. Conc. duo ſignif. i. eſt in piel, קִפֵּד, vel קָפַד eſt, excidere ſuccidere, incidere præcidere abrumpere: Pag. Bu. Merc. præcidit filum intercapedine quàdam, in medio operis ſuccidit filum ut neceſſe ſit interponere ſpatium ſeu intercapedinem in curſu aut labore. Cogn. cum קָשַׁף decerpſit, abſcidit: & ſic hoc verbum in piel, eſt etiam præcidit, abrupit. Hinc κόπτω cædo, ſcindo: Item Lat. capedo: Av. Occ. autem hoc verbum in præt. piel, 1. ſ. ſic. Iſa. 38. 12. קִפַּרְתִּי כָאוֹרֵג חַיָּי, præcidi, vel abrupi ſicut texens, aut textor, vitam meam: i.e. quemadmodum textor perfectà telà celeriter eam præcîdit; (ſcil. è liciatorio: i.e. מָנוֹר: Merc.) Itidem & ego meam præcîdi vitam. Pag. i.e. ad finem perduxi vitam meam, ut textor telam pertextam præcîdit, Bu. Lex. velociter tranſmiſi, ut textor, vitam meam. Sequitur, מִדַּלָּה יְבַצְּעֵנִי præ peniculo abſolvit me. Confer Job. 7. 6. Dies mei leviores exſtiterunt textu. Alii, incîdi, præcîdi. Cocc. Ad. excidium perduxi, ut textor (ſtamen) vitam meam: i.e. ut textor eo uſque perducit telam, donec ſit tempus ſtaminis præcîdendi, quod involutum eſt jugo ſic ego pertexui vitam meam: Jun. Atque inde eſt No. קְפָדָה f. quod eſt, קְרִיחָה: juxta R.D. i.e. præciſio, vel excidium, exciſio, abruptio: Pag. Bu. Av. Ut in Ezech. 7. 25. קְפָדָה בָּא, præciſio venit; ut R. Sal. exp. ex Iſ. 38. ſuprà cit. Dictio autem eſt longa, inquiunt R.D. & A. E. quoniam dictioni monoſyllabæ בָּא eſt conjuncta, vel He abundat, quia בָּא eſt in gen. maſc. Pag. Nam quia jungitur verbo maſc. videtur He eſſe parag. ut R. D. ſcribit. Et habet etiam accentum in penult. vel ob vocem monoſyllabam ſeq. vel, quòd He ſit parag. & ita maſc. eſſe poſſit קָפָד vel קָפַד: Bu. Lex. Excidium venit: Av. Sollicitudo venit: 70. malè, ἐξιλασμὸς: cæcutientes, quaſi eſſet כְּפָרָה. Rabbinis verò verbum hoc notat ſollicitudinem & iracundiam: Cocc. Deindè, ii. ſignif. 2. hujus Rad. eſt, Avis feræ nomen: Bu. Conc. ſcil. In No. indè ducto, קִפּוֹד, m. Ericius, Pag. vel eſt Anataria, aquilæ ſpecies lacus amans: Kimchi ſcribit eſſe avem deſerta loca incolentem. Sed R. Sal. exp. nunc. Ericium, nunc, noctuam: Bu. Lex. juxta Hieron. eſt Ericius: ſed aliis, eſt, fiber: mihi autem videtur eſſe nomen volucris nobis ignotæ, in hàc regione. Av. Sed R. D. in Comment. ſcribit animal eſſe, quod vulgò dicitur שַׁאֲרְשׁוּגָא, Tartouga, h.e. teſtudo animal: quod invenitur in loco aquarum: nam ejus ſunt varia genera: teſtudines enim ſunt marinæ, paluſtres, terreſtres, & lutariæ, quæ in dulci aquà diverſantur: Pag. Sic R. Joſeph exp. teſtudinem: alii, Caſtorem, alii, fibrum, animal horrendà morſûs vi, eſſe putant. Quidam conjectant Cypſelum eſſe, avem quæ, ſuper paludes & maria rapidiſſimo volatu fertur, ex hirundinum ſpecie, quæ Apodes vocantur, aliàs, Cypſeli, teſte Plinio: voce non abludente ab Hebræa; Merc. R. Sal. ſcribit Avem eſſe, quæ noctu volat, & vulgò dicitur צוֹאִיטָא chovette Gallicè, & Italicè Sivetta, aùt Civetta: latinè, noctua: Pag. & R. Joſeph inquit, lingua Iſmaelitica, h.e. Arabica, קִנְפָּאר dici Noctuam. Merc. Ex Zeph. 2. videtur probari, Kippod avem eſſe: non quòd cum Avibus nominetur: Nam ſic etiam ſit in Iſa. 34. ſed, quòd ei cum Avibus pernoctatio tribuatur in cacuminum pomis ſive ſphærulis. Si קָפַד notat velociter tranſmittere, pernicitate inſignem avem notari, veriſimile eſt. Anatariam, quidam, Ericium, multi eſſe volunt. Sanè Arabica Ericii Nomenclatura קנפר valde affinis eſt. Luth. Aquilam, Belg. Noctuam exp. Coc. Occurrit autem hoc No. ſimpl. & cum ך cop. præf. lectis ſeq. קָפוֹר Anataria, Iſ. 14. 23. Zeph 2. 14. וְקָפוֹר & anataria, Iſa. 34. 11.

Rad. 65. קָפַז: indè No. קִפּוּז, m. meru'a, avis ſaltitans: Bu. Conc. & Lex. Nam קָפַז Rabbinis, & in Targum, eſt ſubſilire, ut & ſequens Rad. קָפַץ, in piel: Merula autem eſt Avis ſaltuatim incedens: Bu. Lex. vel eſt Cypſelus, avis maritima: & non multùm abludit à præcedente. Hinc κυψέλος cypſelus: hirundinum ſpecies: Av. Occ. autem hoc No. Iſa. 34. 15. ibi nidificavit קִפּוּז Ericius, juxta Hieron. & R. D. ut & R. Sal. ſcribunt eſſe idem quod præced. קִפּוֹד: Pag. ſcil. propter literarum ז & ד, cognationem: præſertim cùm Hebræa tranſeunt in Chaldæa: Merc. Unde & Targum habet קִיפּוֹדָה: ſed juxta A. E. eſt avis altera: Pag. Ibi nidificavit cypſelus, & fecit evadere: i.e. peperit ova: Av. Bochartus vult eſſe ſerpentem aconteam: favet conjecturæ Etymon, & Arabicum nomen illius Serpentis. Jaculus latinè dicitur: Luth. Igel: Belg. Wilde meerle: Cocc.

Rad. 66. קָפַץ: eſt מָנַע, & סָגַר vel סָתַם. inquit R. D. h.e. prohibere: obturare, ſeu claudere Pag. occluſit, obdidit: Bu. Lex. ſtrinxit, aſtrinxit, conſtrinxit: contraxit: ſtrictè clauſit vel obturavit. Cogn. cum קָבַץ, collegit, & קָמַץ, contraxit manum in pugillum. In his enim, mediæ literæ ſunt ejuſdem inſtrumenti. Hinc per Metath. σφιγγω, i.e. ſtringo, obſtruo & σφίγγω, conſtringo, &c. Av. Quidam exp. contrahere: ut congruat cum קָבַץ: Merc. In Bu. Conc. Rad. hæc duo ſignif. 1. eſt, occludere, quaſi, repagulo: Coc. prout occ. in præt. kal, 2. ſ. m. & f. & in fut. kal, (à 3. ſ. m. יִקְפֹּץ, occludet &c.) 2. ſ. m. & 3. pl. m. ut ſeq. יָקְפוּ occludet, Pſal. 77. 10. סָגְרָה occluſit, Job. 5. 16. Pſal. 107. 42. תִּקְפּוֹץ occludes, Deut. 15. 7. יִקְפְּצוּ occludent. Iſa. 52. 15. Deindè ii. ſignif. 2. hujus Rad. eſt, ſubſilire: Bu. Conc. idque 1. juxta quoſdam, in Conjug. Niphal, נִקְפַּץ, tranſilire, ſcil. e loco ſuo, Bu. Conc. conſtrictus eſt, contractus eſt: Av. vel, ex 1. ſignif. eſt, occludi: Bu. Sed Kimchi exp. Niphal in hac exiliendi, ſeu tranſiliendi ſignif. Merc. prout occ. in fut. niph. (à 3. ſ. m. יִקָּפֵץ) 3. pl. m. cum Nun parag. add. ſic: Job. 24. 24. ſicut omnes יִקָּפְצוּן, tranſiliunt, viz. è loco ſuo: Bu. Conc. vel claudentur, clauſi erunt: Pag. vel contrahentur, ſupprimentur: Merc. vel, in altera ſaltandi ſignif. feſtinanter deficient, ita ut non cognoſcatur locus eorum, ſicut ſaltantis: juxta R.D. Et ſic R. Moſeh: & omnes filii hominum, ſaltabunt è loco ſuo; Pag. h.e. Omnes illi, inſtar reliquorum omnium mortalium, ſubitò excidentur è loco ſuo. Merc. q.d. excidentur, h.e. claudetur os eorum, & repentè occidentur, nè fortè voce ſuâ clament: ut R. Perutſol exp. Pag. Occludentur, ſcil. ſepulchro: Bu. Lex. Utque alii omnes, conſtrin-

ſtringentur, vel, contrahentur: Av. כָּבוֹל, ut quidvis, contrudentur: quaſi ſcil. ex alto: confer Job. 34. 26..40. 7, vel 12. Cocc. planè omnes decutiuntur: i.e. nullo negotio deturbantur. Jun. Item in hac 2. ſignif. venit Conjug. piel קִפֵּץ, ſaltare, ſubſilire, ſubſultare: Pag. Bu. Saltando feſtinare: juxta R.D. tranſilire juxta Hieron. Pag. Bu. ſalire: 70. ἁλεῖσθαι; Coc. contractis pedibus exiliet. ſtrictis pedibus properabit: Av. ſignificatio hæc exiliendi, in piel, ſeu tranſiliendi, ex priori contrahendi pendet, juxta quoſdam: ducta á reptilibus, quæ contractione celeriùs prorepunt: Merc. Occ. autem in hac ſig. ſignif. part. piel, ſ.m. loco ſeq. מְקַפֵּץ ſubſiliens, Cant. 2.8.

Rad. 67. קָצַץ contractè in præt. kal, קָץ eſt, גָּזַר, & חָתַךְ: inquit R. D. h. e. incidere, præcidere, ſuccidere: Pag. amputavit, truncavit, mutilavit: de extremitate propriè dicitur: Bu. Lex. Nam convenit cum קָצָה: reſecare ab extremo: q. d. extremare: ut חָצַץ, eſt. dimidiare: Merc. præſecuit extrema, præſcidit, reſecuit, ſuccidit, propriè, ſcil. q. d. extremavit, præſcindendo fecit finem: idem quod קָצָה: & cogn. cum חָצַץ, dimidiavit, & cum חָצָץ, abraſit. Hinc ξέω & ξύω, abrado extremitates: & per Metath. Lat. ſeco, ſecare, &c. Av. 70. ἀποκόπτειν: amputare; Coc. in Bu. Conc. hæc Rad. duo ſignif. 1. eſt. truncare, amputare. Prout occ. in præt. kal, 2. ſ.m. cum ו conv. præſ. & He parag. add. loco ſeq. וְקִצִּיתָה & amputabis. Deut. 25. 12. Atque indè eſt part. pahul kal. קָצוּץ, amputatus, truncatus, præciſus, &c, viz. extremitate: prout occ. in pl. m. (à forma abſol. קְצוּצִים:) conſtr. ſic: קְצוּצֵי amputati, Jer. 52. 25..25. 23..10. 22. In piel קִצֵּץ, idem cum kal. Bu. præſcidit, abſcidit: Av. amputavit: Coc. prout occ. in præt. piel, 2. ſ. m. ſimpl. vel cum pathach, vel cum Tſeri in ult. cui formæ cum Tseri ו cop. eſt etiam præſ. ut ſeq. וַיְקַצֵּץ truncavit, 2 Reg. 18. 16. קִצֵּץ truncavit, Pſal. 29. 10. וַיְקַצֵּץ & amputavit, Exod. 29. 12. Pſal. 45. 10. Et in fut. piel occ. in 2. ſ. m. & in 3. pl. m. cum ו conv. præſ. utrique ſic; וַיְקַצֵּץ & truncavit 2 Reg. 16. 17..24. 13. 2 Chron. 28. 24. וַיְקַצְּצוּ & amputarunt, Jud. 1. 6. 2 Sam. 4. 12. In pual קֻצַּץ, mutilari: Bu. præciſus fuit: Av. amputatus fuit: Coc. abſciſſus erat: Pag. prout occ. part. pual (a ſ. m. מְקֻצָּץ abſciſſus, præciſus, &c.) in pl. m. ſic: Jud. 1. 7. & pedes (vel potiùs, & pedum ſcil. pollices: Cev.) eorum מְקֻצָּצִים, amputati: Bu. Conc. mutilati, Bu. Lex. abſciſſi erant: Pag. Et pedes (i.e. pollices pedum) eorum, præciſi erant: Av. בְּהוֹנוֹת, pollicibus manuum & pedum eorum amputatis. Coc. Notanda autem hîc phraſeologia, in loco ſuprà cit. ad part. pahul kal, viz. Jer. 9. 26. קְצוּצֵי פֵאָה, attonſi comâ: i.e. inciſam, aut attonſam habentes comam: Pag. Ad verbum, præciſos angulo, Merc. Nam juxta quoſdam dicitur à קָץ, quod eſt finis: פֵּאָה autem eſt angulus vel plaga: ſenſus igitur: ſuper habitantes in fine terræ habitatæ, i. e. urbis in angulo mundi: ut exp. R. D. Pag. amputati latere vel angulo: i.e. attonſam, & circumraſam habentes comam: ut mos fuit Arabum. Aliam expoſitionem vide in פֵּאָה: Bu. Lex. Omnes extremos anguli: Av. In omnes amputatos latere: i.e. Arabes: quos eodem modo Propheta nominat infrà 25. 23. & 49. 32, de qua conſuetudine ita ait Herodotus in Thalia: dicunt Arabes tondere ſui capillamenti comam, ut ipſe Dionyſius tonſus eſt; tondentur autem in ſubrotundam formam; circumradentes tempora. Jun. Præfecti extremitatem. per ἐξωτελισμὸν: ita nominat circumciſos. Eam eſſe mentem oſtendunt, quæ præcedunt & ſequuntur. Præcedunt; viſitabo omnem circumciſum cum præputio, ſivè præputiatum. Sequuntur: Nam omnes gentes præputiatæ ſunt, & omnis domus Iſrael præputiati corde. Notat autem, non tantùm Judæos in eis gentibus habitantes, ſed etiam ſaltem Proſelytos earum. ſic igitur & Jer. 25. 23. & 49. 32. Herodotus teſtatur in Euterpe c. 104. plurimos populos circumciſione uſos; ſub Perſis ſcil. ſcribens. At R. Sal. הַמְקֻצִּין בִּפְאַת מִדְבָּר, abſciſſi in angulo deſerti. h. e. remotiſſimè in deſerto habitantes. Hoc & Kimchius ſequitur, Coc. Deindè ii. ſignif. 2. hujus Rad. ex Bu. Conc. eſt, in nomine defectivo, indè derivato, viz. קָץ, m. finis, terminus, extremum: τὸ τέλος; Pag. Bu. Coc. finis eſt, tam in principio, quàm in fine. Av. finis temporis præciſus, & determinatus terminus, Pag. Eſt autem tam temporis, quàm rei præciſio, & extremum: & demiſſionis ſervorum. Merc. hoc autem No. קָץ, ad hanc Rad. קָצַץ pertinere, oſtendit Dageſch cum pronomine affixo: (quòd Dageſch notat alterum Tsadi abjectum) Pag. Occurrit autem frequens in textu: ut in abſol. formâ ſimpl. locis ſeq. קָץ finis, Gen. 6. 16. Job. 22. 5.. 28. 3. Pſal. 119. 66. Eccl. 3. 11, 12..12. 12. Iſai. 9. 6. Ezech. 7. 2, 6..21. 30, 34.. 35. 5. Dan. 8. 17, 19..9. 26..11. 27, 35. 40..12. 4, 6, 9. Cui etiam ה interrog. ה dem. ל, כ, וּל & מ ſunt præf. prout ſeq. הַקֵּץ an finis, Job. 6. 11. הַיֵּשׁ קֵץ finis, 2 Chr. 21. 15. Ezech. 7. 2, 3, 6. Amos. 8. 2. קֵץ ad finem 2 Chron. 18. 2. Dan. 12. 12. לְקֵץ idem, Dan. 12. 13. Hab. 2. 3. קֵץ & ad finem, Neh. 13. 6. Dan. 11. 6, 13. מִקֵּץ a fine, Gen. 4. 3.. 8. 6.. 16. 3..41. 1 Exod. 12. 41. Num. 13. 25. Deut. 9. 12..19. 1..31. 10. Jud. 11. 39. 2 Sam. 14. 26..15. 7. 1 Reg. 2. 39..17. 7. 2 Chron. 8. 1. Eſth. 2. 12. Iſa. 22. 15, 18. Jer. 3. 6..34. 14..42. 7. 50. 26. Ezech. 20. 13. Cum affixis ut dictum. Tſadi eſt cum Dageſch poſt chirek pro Tſeri: ut cum ני aff. eſt: קִצִּי finis meus, Job. 6. 11. Pſal. 39. 5. Sed occ. etiam cum נוּ & ךָ aff. ſic: קִצֵּנוּ finis noſter. Lam. 4. 18. קִצֵּךְ finis tuus, Jer. 51. 13. Item cum ו aff. occ. ſimpl. & cum ו cop. præf. pro quo ו aff. venit etiam cum He poſt Cholem loco Vau ſub Cholem ut ſeq. קִצּוֹ finis ejus, ſuus. Iſa. 36. 24. Dan. 11. 45. קִצֹּה extremitates ejus. Reg. 19. 23. וְקִצֹּו & finis ejus Dan. c. 25. Illud autem in Job. 18. 2. קִנְצֵי, fines &c, Eſt in forma pl. m. conſtr. (quaſi ab abſol. קִנְצִים, pro קִצִּים) cum nun loco dageſch, more Chaldaico: Chaldæi enim reſolvunt dageſch in nun ſhevatum; cui ſimile vide in Rad. אָבַד, & יָרֵא Bu. Lex. Nam eſt pro, קִצֵּי: Coc. de quo etiam vide ſuprà pleniùs in Rad. קָצָה Pag. Item juxta quoſdam huc refertur illud, Iſa. 2. 7. קָצֶה, vel קָצֵה, Nah. 2. 10. & 3. 6. finis, &c. quaſi eſſet cum He abundante juxta R D. in Pag. ſicut in לַיְלָה, nox: & idcircò eſt dictio longa: Pag. h. e. Milhel ſive penacutum, propter He paragogicum: ut ſcribit Ab. Ezra. Bu. Lex. in exemplaribus autem ſcribitur קָצֵר. Et verò novum non eſt, He paragogicum quieſcere in ſægol: Cev. De hoc autem vide in Rad. קָצָה. Coc.

Rad.

Rad. 68. קָצַב: eſt, excidere, incidere: tondere: præcidere: decurtare ſuccidere: cædere: Pag. Bu. Merc. Coc. ſuccidit enſe, vel ſcalpſit enſe ceu dolando æqualiter præcidit lignum: propriè enim eſt, ſcalpere, tanquam dolando, ut lignum fiat concinnum & glabrum, dolavit ſecuri ſeu bipenni. Hinc ξίφος, enſis, gladius, διαξιφίσομαι, digladior, &c. Av. verbum hoc קָצַב cum præced. & ſeq. verbo convenit; niſi quòd hoc, æqualitatem & menſuram in præcidendo, inſuper denotat. Hinc R.R. Hoc verbo utuntur pro præfinire, præſcribire, limitare: & in Piel etiam eo utuntur: Atque inde מְקֻצָּב vocant lanium, qui carnem incîdit & vendit. Merc. occ. autem hæc Rad. in part. pahul kal, (à ſ. m. קָצוּב, præciſus, &c.) pl. f cum הַ dem. præf. ſic: Cant. 4.2. dentes tui ſicut grex הַקְּצוּבוֹת, i.e. tonſarum, viz. Ovium: nam deeſt ſubſtantivum, caprarum ſcil. aut ovium. Sed R. D. exp. æqualium in altitudine (ſeu ſtatura. Merc.) ſuâ, aut, in menſurâ ſuâ, ac ſi fuiſſent exciſæ æqualiter. Pag. Sicut grex præciſarum Ovium, i.e. tonſarum: Bu. Lex. vel ſculptarum: i.e. detonſarum ovium, 70. κεκαρμένων: Av. קְצוּבוֹת, ſunt, pares, æquales: q. d. ad unam menſuram præciſæ. Coc. dentes tui ſimiles gregi æquarum, ſcil. pecudum, &c. Hoc in verſu dentium laus triplex ſignificatur: prima eſt. omnium inter ſe æqualitas: ſecunda. nitor: tertia perfectus & abſolutus numerus, duobus dentium ordinibus inter ſe reſpondentibus. Jun. In fut. kal, יִקְצוֹב, præcidet, &c. Sed cum ! conv. præf. cholem in ult. mutatur in kam. kat. ante maccaph ſeq. ſic: 2 Reg. 6.6. וַיִּקְצָב, & præcîdit lignum æqualiter: q. d. inquit R. D. & præcîdit lignum in menſura, ut eſſet manubrium ferro. Pag. Et ſcalpſit vel dolavit lignum: &c. Av. Et cecîdit lignum: Coc. Atque inde eſt No. קֶצֶב, vel in quibuſdam exempl. קֵצֶב m. præciſio æqualis aut ejuſdem menſuræ: inciſura. cæſura, exciſio, inciſio, ſculptura: Pag. Bu. &c. proceritas: q. d. ſectio: Metaphora á virgâ reſectâ. Ubi ſectio, ibi longitudinis terminus. Ut in 1 Reg. 7. fuſio una, menſura una, proceritas una omnibus. Menſura, de partibus: terminus de altitudine præcipuè: Coc. cæſura eadem: i.e. eadem & æqualis proportio, omnibus erat, Bu. Lex. præciſio æqualis, vel inciſio, aut inciſura, vel ſculptura una: &c. Pag. Av. prout occ. hoc No. in ſ. m. ſimpl. & cum ! cop. præf. מְצֶב cæſura, 1 Reg. 7.37. וְקֶצֶב & cæſura, 1 Reg. 6.25. In forma pl. m. קְצָבִים, præciſiones, &c. prout occ. in forma pl. m. conſtr. cum לְ præf. ſic: Jon. 2.7. לְקִצְבֵי ad cæſuras, aut inciſiones montium. deſcendi; Hieron. ad extrema, vel ad fines, i.e. ad radices montium, quæ pavimentum ſunt maris: juxta R. D. & ſic nomina, קֶצֶב, & קֵץ idem ſunt. Unde & Targum לְעִקְרֵי ad radices; & A. E. ad loca ubi exciſi ſunt montes; & R. Sal. ad finem menſuræ montium, qui fixi ſunt juxta Abyſſum, aut voraginem. Pag. ad præciſiones montium; i.e. ad radices, ubi montes præciſi videntur: Bu. Lex. ad æquamenta montium deſcendi: vel, ad altitudines vel terminos montium. Mare, in deſcenſu, altum dicitur: 70. σχίσμα, ubi ſcil. incipiunt dividi montes, h.e. ad fundum: Coc.

Rad. 69. קָצָה: eſt, incidere, ſuccidere, præcidere: ſcindere, abſcindere, amputare; abradere; decurtare detruncare, propriè finem, & extremitatem: Item decorticare: Pag. Bu. Coc. Extrema præcidit, præſecuit extremas partes, proſcidit. Item quod קָצַץ: & cogn. cum קָצַע, i.e. abraſit ſuperficiem alicujus rei. Hinc ξέω rado: & Lat. per Metath. ſeco, -as, -are. In kal, eſt, trucidare præcidendo: Av. Kimchi videtur dicere קָצַץ, קָצַב, & קָצָה, idem ſignificare: extrema, ſcil, præſcindere, & q.d. extremare: ut חָצָה eſt, dimidiare. Sed קָצַב, non uſque adeò commode, cum his, teſte Elia, confertur: ſic שָׁגַג, & שָׁגָה, idem ſunt, Merc. In Bu Conc. hæc Rad. קָצָה, duo ſignif. 1, eſt, abſcindere, abradere excidere; prout occ. in Infin. kal, loco ſeq. קְצוֹת exſcindendo, Hab. 2.10. In piel, קִצָּה, idem cum kal; Bu. præcîdit continuè, &c. Av. prout occ. in part. piel ſ.m. ſimpl. & in Infin. piel, cum לְ præf. ſic, מְקַצֶּה abſcindens, Prov. 26.6. לְקַצּוֹת excidere, 2 Reg. 10.32. In hiphil, הִקְצָה, deçidere, abradere: Bu. præcidendo abraſit, præcîdit: ſeu præcidere fecit: Av. prout occ. in præt. hiph. 2. pl. loco ſeq. הִקְצוּ abraſerunt, Lev. 14.41. In Infin. hiph. juxta normam eſſet הַקְצוֹת idem cum הַקְצִיעַ, de quo in Rad. קָצַע: Merc. ſed occ. cum chirek pro pathach, cognationis gratiâ, in hiſce punctis: Merc. Av. & c. viz. loco ſeq. הַקְצוֹת abradere, Lev. 14.43. Deindè, ii. ſignif. 2. hujus Rad. et Bu. Conc. eſt in No. קָצֶה, m. finis, extremum extremitas, pars, terminus: quaſi præciſum dicas: ubi enim res præciditur, ibi eſt ejus finis: Bu. Lex. Coc. &c. idem eſt hoc No. cum קָץ: de quo ſuprà in קָצַע: Av. Prout occ. hoc No. in abſol. forma ſ.m. ſimpl. & cum הַ & מִ præf. קָצֶה finis, extremum, Iſa. 2.7. Nah. 2.10, 3. 3, 9. הַקָּצֶה extremitas, Exod. 26.28..36.33. מִקְּצֵה ab extremitate, Gen. 19.4. Jer. 51.31. In forma ſ.m. conſt. kamets mutatur in ſcheva & ſægol in Tſeri: pro more talium: prout occ. ſimpl. locis ſeq. קְצֵה extremitas. Exod. 16.35. Num. 20.16..22.41. Deut. 4.32..12.7..28.64. Joſ. 3.8..13.27..15.5..18.16, 19. Jud. 6.21..7.11. 1 Sam. 14.28. 2 Reg. 7.5, 8. Pſal. 46.10. Iſa. 7.3..43.6..49.6.. 62.11. Jer. 12.12..25.23, 31. cui etiam formæ ſ.m. conſt. וּקְצֵה, יִקְצֵה & יִמְ, וּמִ, וּבְ, בִּ ſunt præf. prout ſequuntur, בְּקֵצֵה in extremitate, Gen. 23.9. Ex. 13.20..26.5..36.12. Num. 11.1..22.36..33.6, 37. Deut. 30.4. Joſ. 3.15.. 4.19.. 15. 8. Jud. 7.16, 19. Ruth. 3.7. 1 Sam. 9.27..14.2, 45. Neh. 1. 9. Prov. 17.24. Iſa. 7.18. וּבְקֵצֵה & in extremitate, Pſ. 19.5. מִקְּצֵה ab extremitate, Gen. 8.3..47.21. Exo. 26. 4..36.11. Num. 34.3. Deut. 13.7..28.64..14.28. 28.49. Joſ. 3.2..8.16.. 15.1, 2, 5, 21..18. 15.2 Sam. 24.8. 1 Reg. 9.10. 2 Reg. 8.3..18.10. Pſal. 19.7..61.3..135.7. Iſa. 5. 5.26..13.5.. 42.10..43.6. Jer. 10.13..12.12..25.33..31. 16. Ezech. 3.17..39.14..48.1. וּמִקְּצֵה & ab extremitate, Gen. 47.2. וּלְמִקְּצֵה & ab extremitate. Deut. 4.32. Item occ. etiam hoc No. cum הִ Aff id que ſimpl. & cum בְּ & מִ præf. קְצֵהוּ extremitas ejus, Gen. 47.21. Num. 23.13. בְּקְצֵהוּ finem ejus, Exod. 19.12. מִקְּצֵהוּ ab extremitate illius, Iſa. 56, 11. Ezech. 25.9. In forma pl. m. eſt, קְצִים: conſtr. קְצֵי, extremitates: prout occ. p. m. conſtr. cum מִ præf. & הֶם Aff. (ſed in exemplaribus dageſch excidit, ſeu deficit in Koph: Pag. Bu.) loco ſeq. מִקְּצֵיהֶם ab extremitatibus ſuis. Ezec. 33.2. Atque hinc ſunt nomina ſeq. 1. No. in formâ pl. m. קְצִים extremitates extrema, ſeu, termini extremi: Pag. Bu. &c. In qua forma pl. m. tertia Rad. He exprimitur per vau, inquit R. D. & ſing. ejus videri poſſit eſſe קְצָו, terminus

minus, extremitas &c. ejuſdem formæ cum שָׁלָו & חָנָו de quibus in חָנָה & שָׁלָה: Cev. prout occ. hoc No. in formâ pl. m. conſtr. locis ſeq. קְצָוֵי extremitates, Pſ. 48. 11. 65. 6. Iſa. 26. 15. Item, 2. hinc etiam No. קָצֶה, f. extremum, extremitas, finis: Pag. Bu. Av. terminus: Coc. prout occ. cum מ præf. ſic, מִקְצֵה ab extremo, Exod. 25. 19. 37. 8. Item, 3. hinc etiam No. cum Mem heemant. מִקְצָה: f. pars: vel finis. Pag. Sed nominis hujus abſoluta forma in textu non legitur. Nota autem regimen per kamets ante Thau, in libris emendatis ſcribi: ſic, מִקְצָת: & Latinè poteſt reddi per, aliquis; pro ratione loci, inflexione ſcil mutatâ. Eſt autem interdum temporis: ut Dan. 1. 18. pro, מִקֵּץ, vel, מִקְצֵה. Merc. Alii verò volunt hanc formam cum kamets ſub Tſadi, & ante Thau, eſſe ipſam formam abſolutam; ſic, מִקְצָת, pars, finis: Bu. Lex. Extremitas i.e. pars exterior, ſeu extrema: Latinis verti poteſt per, ali quot. Poteſt eſſe in abſoluta forma מִקְצָה: licet in regimine præter normam habet kamets in ult. pro pathach: Av. Aliis autem forma ſimplex hujus nominis, ſeu abſoluta, eſt קָצֶה, & in reginime, cum kamets pro pathach קָצַת: terminus, pars. (Et ſic Mem ab initio eſſet præpoſitio) ut in Neh. 7. מִקְצַת, q.d. à fine capitum patrum: h. e. pars patriarcharum, &c. Cocc. pars capitum paternarum familiarum: i.e. aliqui, quidam è primoribus: quomodo Rabbinis eſt familiare. Et ſic Dan. 1. מִקְצָתָם à fine iſtorum, i.e. exactis illis annis: juxta R. Saad. Alii, pars iſtorum, vel aliqui, aut, quidam ex illis. Bu. Lex. Ordine verò Conc. occ. hoc No. (quod ſic variè accipi poteſt) cum ו, ול & יִמ præf. ſic, וּמִקְצַת & pars & à fine. Neh. 7. 70. Dan. 2, 15. וּלְמִקְצַת & à fine, Dan. 1. 18. וּמִקְצָתָם & à fine illorum Dan. 1. 5. Item, 4. hinc etiam No. in forma pl. f. cum vau mobili, ſcil. קְצָוֹת (quaſi ſ. f. קָצָה finis, extremitas) termini fines, &c. Prout occ. ſimpl. & cum ה dem. præf. הַקְצָוֹת extremitates, Pſal. 65. 9. הַקְצָוֹת extremitates, Exod. 38. 4. ſicut etiam hinc & 5. No. in forma pl. f. (quaſi ſ. f. קָצָה extremitas, terminus) קְצוֹת. idem cum præced. fines, extremitates &c. quæ forma pl. f. eſt quaſi conſtr. à קָצוֹת, & occ. ſimpl. & cum ל & מ præf. ſic, מִקְצוֹת idem, Exod 25. 18. 37. 7. 28. 22, 26. 39. 16. 28. 24. 29. 17. 28. 25. 30. 18. 39. 19. 1 Reg. 6. 24. Job. 26. 14. Iſa. 40. 28. 41. 5. Jer. 9. 25. לִקְצוֹת ad extrem. Job. 28. 24. מִקְצוֹת ab extremo, 1 Reg. 6. 24. 12. 31. 13. 33. Iſa. 41. 9. Sed cum יִ aff. occ. vel pro more cum vau cholem penult. vel cum vau abundante, poſt vau cholem: ſic, קְצוֹתָיו vel קְצֹתָיו extremitates ejus. Exod. 5. 19. 27. 4. 28. 7. 37. 3. 39. 4. Ezech. 15. 4 ſed rurſus cum ֵ. Aff. hæc forma pl. f. occ. juxta normam non cum gemino vau ſed cum ſimplice vau cholem: idque ſimpl. & cum מ præf. ſic, מִקְצוֹתָם extrem. eorum, Pſal. 19. 7. מִקְצוֹתָם de finibus ſuis, Jud. 18. 2. 2 Reg. 17. 32. Item, 6. hinc etiam No. cum Nun heemant. in fine poſt vau cholem: ſic, קִיצוֹן m. extremus: inſtar אֵיתָן ab אֵתָה: Bu. Lex. Pag. &c. prout occ. in forma ſ. f. cum הַ dem. præf. locis ſeq. הַקִּיצוֹנָה extrema exterior, Exod. 26. 4, 10. 36. 11, 17. Item, hinc etiam juxta quoſdam eſt No. aliud cum Mem heemant. ſcil. מִקְצֶה m. extremitas: prout occ. cum וּ cop. præf. in formâ ſ. m. conſtr. cum Tſeri, ſcil. in ult. ſic Gen. 47. 2. וּמִקְצֵה & extremitatem fratrum ſuorum accepit, &c. Av. Plerique verò ſumunt hoc pro formâ ſ. m. conſt. nominis præced. קָצֶה cum יִמ præf. ut ſuprà ibi ſuo ordine collocatur. Item hìc etiam quidam ponunt No. קָצֶה, extremum, finis, extremitas: idem quod קָצֶה. Prout occ. Iſa. 2. 7. & non eſt קָצֶה, finis, theſauris ejus, &c. Av. Sed de hoc vide ſuprà in קָצֶה, ad finem Rad. קָצַץ. Merc.

Rad. 70. קֶצַח m. No. Rad. eſt, Gith, melanthion, nigella: 70. μελάνθιον: Pag. Bu. Cocc. nigella Romana, vicia, genus leguminis optimi, quod commendatur a ſuavi odore & nigredine: Av. A. Ezra ſcribit ejus ſemen eſſe cymino minus & nigrum. Bu. Lex. Columella, l. 7. Interdum faſtidio ciborum langueſcit pecus: ejus remedium genus ſeminis, quod Gith appellatur. Plinius ſcribit alios Melanthion alios Malaſpernion appellare: optimumque & excitatiſſimi odoris, & quàm nigerrimum. Nigella alio nomine dicitur, lolium, inter frumenta naſcens. Pag. Occ. autem hoc No. locis ſeq. קֶצַח nigella Iſa. 28. 25, 27.

Rad. 71. קָצִין; indè No. קָצִין: m. quod eſt הָרֹאשׁ וְהַמַּנְהִיג, dux, ſeu capitaneus: vel rector, gubernator, ductor: princeps: magiſtratus, 70. ἄρχων, ἀρχηγὸς, ἡγούμενος, βασιλεὺς: Pag. Bu. Cocc. Ingenuus ſeu præfectus qui aliis proſpicit victu iiſque ſuppeditat ſtipendia & ſuſtentationem: unde accipiunt pro Gubernatore, ſeu principe, pro antiſtite qui aliis præeſſe ſolet. Hinc γνήσιος legitimus ingenuus. Av. Occ. autem hoc No. in formâ abſol. ſ. m. ſimpl. & cum ל & וְל præf. & in formâ ſ. m. conſtr. cum ſcheva ſcil. penult. ſimpl. ut ſeq. קְצִין dux ductor, Prov. 6. 7. 25. 15. Iſa. 3. 6. Dan. 11. 18. קָצִין in ducem, Jud. 11. 6. וּקְצִין & in ducem Jud. 11. 11. קְצִין ducem, Iſa. 3. 7. In forma pl. m. קְצִינִים, principes: gubernatores &c. prout occ. in formâ pl. m. conſtr. ſimpl. & cum וּ cop. præf. ut & cum יִ aff. ut ſeq. קְצִינֵי duces Joſ. 10. 24. Iſa. 1. 10. וּקְצִינֵי & duces, Mich. 3. 1, 9. קְצִינַיִךְ duces tui, Iſa. 22. 3.

Rad. 72. קָצַע: In Bu. Conc. deo ſignif. 1. eſt, abradere: juxta R. Sal. decorticare, i. e. removere corticem, vel lituram complanationem muri: Pag. in ſuperficie ſcil. ſeu ſuperficiem: ut & Targum vertit per קְלַף decorticavit corticem, aut extimam faciem abraſit: Merc. exaſciavit, abraſit in ſuperficie: cogn. cum בָּצַע, truncus abraſus & abſciſſus, cui ſuperior pars eſt amputata: item cum קָצָה præcidit extremitatem. Hinc ξύσις, ξέσις, ratio abrado: & Lat. per Metath. aſcia, aſciare, exaſciare, i. e. dolare: Av. Conjug. autem kal, non legitur in textu: ſed in Hiphil הִקְצִיעַ, tectoria nudavit, lituram vel ſuperficiem muri abraſit: Bu. Lex. fecit vel juſſit abradere: Av. 70. ἀπoξύειν: tectoria nudare: Cocc. prout occ. in fut. hiph. 3. ſ. m. def. per chirek tantèm abſque Jod penulte. ſic: יַקְצַע abradet, Lev. 14. 41. In Piel, קִצַּע. exaſciavit: & in pual קֻצַּע. exaſciatus fuit, unde, juxta quoſdam, eſt part. pual מְקֻצָּע, exaſciatus, & in fæm. מְקֻצָּעָה, exaſciata: prout occ. in forma pl. f. cum ל præf. ſic: Exod. 26. 22. & duos aſſeres facies, לִמְקֻצָּעוֹת, exaſciatis (ſcil. angulis) Habitaculi: Av. qui ſolus hanc vocem ſumit pro part. pual, reliqui volunt eſſe No. Participiale quoad formam: licet ſubſtant. ſit, quoad ſignif. viz. à ſ. f. קְצָעָה, angulus: unde in forma pl. f. conſtr. cum ſcheva penult. loco cit. angulis, vel in angulis tabernaculi: Pag. Bu. Coc. prout occ. etiam, Exod. 36. 28. Item in

conjug.

Conjug. hophal הָקְצַע. exaſciatus fuit, Av. angulatus ſeu, angularis fuit: Pag. Bu. Unde in part. hoph. pl. f. (quaſi à forma minus uſitatà in part. hoph. cum mem ſcil. præpoſito ante he hoph. ſic: מְהֻקְצָע & in fœm. מְהֻקְצָעָה: atque inde, ut dictum in forma pl. f. eſt, in Ezech.46.22. menſura una eadem que erat iſtis quatuor) מְהֻקְצָעוֹת, exaſciatis, ſcil. angulis: ubi part. paſſ. hoph. pro nomine uſurpatur. Av. ad verbum ſonat. angulatis: i.e. habentibus angulos ſuos, juxta R. D. qui dicit eſſe part. paſſ. hophal: Pag.vel eſt No. participiale pl. f. angulata, angularia: Bu. Lex. & Conc. In loco autem cit. hæc dictio eſt una ex quindecim vocibus ſuperne punctatis: Pag. Quas ſcil. connumerant Maſoritæ, punctis pluribus ſuperne inſigniri, vel inferne, præter motiones, i.e. vocales: Merc. Atque inde ex hac Rad. eſt, 1. No. מִקְצוֹעַ m. (ſed plerùmque venit cum cholem tantùm abſque Vau ſuſtentante, in penult.) angulus: Pag. Bu. &c. exaſciatus ſcil. Av. in quo, nim. velut abſciditur ſuperficies, & definit: Merc. Et proinde uſurpatur etiam pro extremitate & parte: Av. 70. γωνία: latiùs patet, quàm פִּנָּה: á quo diſtinguitur, in Neh.3.24. (& verſ. 25. bis ſit mentio מִקְצוֹעַ, anguli in muro Hieroſolymæ meridionali:) ibi enim verſ. ſcil. 24. dicitur aliquis ædificaſſe angulum פִּנָּה, è regione anguli מִקְצוֹעַ Inde colligere eſt, מִקְצוֹעִים fuiſſe angulos introrſum recedentes. Potuit Mons Sion in latere Auſtrali habere ſinum in duos angulos obtuſiores deſinentem, à quorum Orientaliori non longé abfuit angulus muri rectior, à quo procedens murus reſponderit angulo finûs, quem diximus: Coc. Occurrit autem hoc No. in forma ſ. m. cum הַ dem. & בְּ præf. בַּמִּקְצוֹעַ vel ſine Vau, angulus, 2 Chron. 26. 9. Neh.3.2,19,24,25. בְּמִקְצוֹעַ in angulo, Ezech. 46. 21. Et in forma pl. m. מִקְצוֹעֵי: prout occ.in pl.m.conſtr.loco ſeq. מִקְצוֹעֵי Ezech. 46. 21. Item in forma pl' f. occ. ſimpl & cum הַ dem. præf. ut & cum וּ cop. præf. & יו aff. ut ſeq. מִקְצוֹעוֹת anguli, Ezech.46. 22. הַמִּקְצוֹעוֹת anguli, Exod.26.24..36.29. וּמִקְצוֹעוֹתָיו & anguli ejus, Ezec. 41.22. Item hinc etiam 2. No. מַקְצֻעָה, f. idem cum præced. juxta quoſdam: viz. angulus: Bu. Lex. & Conc. aliis autem eſt nomen inſtrumenti, quo faber lignarius decorticat, & complanat, lenitque, vel, lævigat. & dedolat lignum: h. e. dolabrà, ſeu planulá: Pag. Merc. Norma, aut amuſſis: dolabram, quidam volunt: Coc. undè in forma pl. f. מַקְצֻעוֹת, dolabræ, quibus ſcil. aliquid abraditur, inſtrumentum ferreum aſcia. Av. prout occ. in hàc formà pl. f. cum בַּ, pro. בָּהּ, dem. præſ. ſic: Iſa.44. 13. faber lignarius, &c. faciet illud, i. e. diſponet, aptabit, בַּמַּקְצֻעוֹת, dolabris, vel planulis: quæ ſcil. ſunt inſtrumenta fabrilia, quibus aſſamenta lævigantur & poliuntur: dolabræ namque à dolando dictæ, idem videntur eſſe, quòd aſciæ: & dolare eſt, aſcià cædere: inquit Donatus. Dixit autem in Num. plur. quia ad hoc opus duo ſunt inſtrumenta: dolabra, ſcil. aut planula major, & minor: quæ inſtrumenta, inquit R.D. ſunt ſimilia novaculis: & ſic Targum vertit, cum novaculis, בְּאוּמַיְלְיָא. Pag. Alii vero ſic exp. aptat illud in angulos ſuos: Bu. Lex. in Angulis: Bu.Conc. R. Sal. dolabris: ſed R. Jonah, regulà, amuſſi: Bu. Lex. ſcribit enim R. Jonah hoc inſtrumentum eſſe שִׁרְטוּט, i.e. regulam, ut ea quà lineare ſolemus chartam, ita fabri lignarii non ſolùm habent ad ſignandum filum Phœnicium, ſed & regulas ligneas. Pag. aptat illud in angulos ſuos, &c. Jun. Deindè ii. ſignif. 2. hujus Rad. eſt in No. indè ducto, viz. קְצִיעָה, f. caſia: Pag. Bu. 70. κασία, caſſia: aromatis ſpecies: Coc. frutex aromaticus, cujus (teſte Plinio Hiſt. l. 12. c. 20.) cutis abraditur, Merc. occ. autem in forma pl. f. Pſal. 45. 9. קְצִיעוֹת, caſiæ, vel caſſiæ: Bu. Av. arbuſcula aromatica, undè abraditur cutis: Nam caſſia ſolo cortice eſt commendabilis. Av. Chaldæus utitur hàc voce pro Hebr. קְדָה, de quà ſuprà in קָדַר: Bu. Lex. & ſic exp. R. Sal. קְדָה, i.e. caſia: & R.D. ſcribit eſſe קוּשְׁטָא, i e. coſtum, quod eſt Radix magni odoris, & arbuſcula aromatica. Pag.

Rad. 73. קָצַף, eſt, fervere, aut bullire, irà, ſcil. juxta R.D. Pag. efferveſcere, ſpumare: & Metaph. tantùm de irato dicitur, pro, irà efferveſcere, quòd graviùs irati aliquandò ſpument. Bu. Lex. iratus eſt vehementer, indignatus eſt valdé, ita ut cogitet aliquem enſe ſuccidere: efferbuit irà, cogn. cum קָעַב ſuccidit, ſculpſit. Hinc per Metath. βασκαίνω, iraſcor, indignor, invideo, faſcino: βάσκανος, iratus, invidus, & βάσκω, maledico: Av. conſtr. hoc verbum abſolutè & cum præp. עַל: Bu. Lex. Av. 70. reddunt per. ὀργίζεσθαι; θυμοῦσθαι, &c. efferveſcere: Coc. prout occ. in præt. kal, 3. & 2. ſ. m. & 1. ſ. ut ſeq. קָצַף efferbuit, Gen.41.10. Deut.9.19. Eſt,2.21. Zac. 1.2. קָצַפְתָּ efferbuiſti, Iſa. 64. 4. Lam.5.22. קָצַפְתִּי efferbui, Iſa.47.6..57.17. Zach.1.15. In part. ben. kal, ſ. m.occ. קוֹצֵף efferveſco, Zac.1.15. Et in infin.kal,occ. cum מִ præf. מִקְצוֹף ab efferveſcendo, Iſ.54.9. In fut. kal. 1.ſ.occ. ſimpl.& cum וְ cop.præf. & in 2 ſ.m. ſimpl. ſed in 3.ſ.m.ſimpl. & cum וַ conv.præf. ut & in 3.pl.m, cum וַ conv.præf. prout ſeq. אֶקְצוֹף efferveſcam,Iſa.57. 16. וְאֶקְצוֹף & efferveſcam,Iſa. 57.17. תִּקְצוֹף efferveſces, Num.16.22. Iſa.54.8. יִקְצוֹף efferveſcet. Lev.10. 6. Joſ.22.18. Eccl.5.5. וַיִּקְצוֹף & efferbuit, Gen.40.2. Exod.16.20. Lev.10.16.Num.31.14.Deut.1.34.2 Reg. 5.11..13.19. Eſth.1.12. וַיִּקְצְפוּ & efferbuerunt,1 Sam. 29 4. Jer.32.15. In hiphil, הַקְצִיף, ad iram provocavit: irà efferveſcere fecit: Bu. fecit indignari, provocavit ad iracundiam: irritavit Av.Cocc, prout occ. in præt.hiph. 2 ſ.& pl.m.ſic. הַקְצַפְתָּ efferveſcere feciſti, Deut.9.7. הַקְצַפְתֶּם efferveſcere feciſtis. Deut.9. 8. Et in part.hiph. á ſ.m, מַקְצִיף irà efferveſcere faciens,occ. in formà pl.m. def. cum chirek tantùm abſque Jod hiph.in penult.ſic, מַקְצִפִים efferveſcere facientes, Deut.9.22. In Infin.hiph.occ. cum בְּ præf. loco ſeq. בְּהַקְצִיף in efferveſcere faciendo, Zach.8.14. & in fut. hiph.á 3.ſ.m. יַקְצִיף efferveſcere faciet: occ.in 3.pl.m. cum וַ conv.præf. ſic. וַיַּקְצִיפוּ & efferveſcere fecerunt, Pſal.106.32. In hithpael, הִתְקַצָּף, vel הָ_: efferbuit, iratus eſt vehementer,vel indignatus eſt: Pag,Bu. &c. fecit ſe indignari, vel invidere: Av. prout occ. in præt.hithp. cum וַ conv.præf. & in formà cum pathach in ult.loco ſeq. וְהִתְקַצָּף & efferbuerit, Iſa,8.22. Atque indè ſunt nomina ſeq.1.No. קֶצֶף, m. ira: Pag.Bu.fervens, ſcil. & quaſi ſpumans: Bu.Lex. fervor,efferveſcentia ſubita. Unde pro bulla ſeu ſpuma in ſuperficie aquæ ſumitur, in Hoſ.10, quò etiam alluditur in Iſa. 54. brevitatem iræ divinæ,dùm bullæ, ſeu ſpumæ comparat

parat: ubi etiam eſt alluſio inter קֶצֶף & שֶׁצֶף: de quo infrà in Rad. שָׁצַף, Merc. קָצַף, indignatio, ira, iracundia; quando aquis tribuitur, ſignificat ſpumam maris, quod iratum efferveſcit & ſpumare ſolet. Av. 70. reddunt hoc No. vocibus, ὀργὴ, παροξυσμὸς θυμὸς, χόλος. Tam in verbo, quam in nomine, videtur ineſſe notio רְתִיחָה, fervendi: ut, ſcil. aquæ ſuper igne, aut maris emoti: Cocc. Occurrit autem hoc No. ſimpl. locis ſeq. קֶצֶף fervor, fervens ira, Num. 1.23..18.5. Joſ. 9.20. 2 Reg. 3.27. 1 Chron. 27.24. 2 Chron. 19.2,10.. 24.18..29.8..32.25,27. Iſa. 34.2..54.8. Zach. 7.12. Item occ. etiam hoc No ſimpl. cum kamets penult. ob pauſam ſic, קָצָף idem. Joſ. 22.20. Zach. 1. 2. cui priori formæ cum duplice ſægol ֶ, & alteri in pauſa ָ cop. eſt præf. & rurſus, priori הַ dem. יִ, כְ & מִ ſunt præf. ut ſeq. וְקֶצֶף & fervor, Zach. 1.15. וָקֶצֶף & fervore iræ, Eccl. 5.16. Eſth. 1.18. הַקֶּצֶף fervens ira, Num. 17.11. וּבְקֶצֶף & fervore, Deut. 29.28. Jer. 21.5.. 32.37. כָּקֶצֶף ſicut fervor, ſpuma, Hoſ. 10.7. מִקֶּצֶף à fervore, Jer. 50.13. cum affixis autem, pro more talium prius ſægol mutatur in chirek & alterum in Scheva: prout occ. cum בְ præf. & י. Aff. & cum ךָ cop. præf. & הָ.. ob pauſam pro הָ, extra pauſam, quo modo occ. cum בְ præf. ut & cum מִ præf. & י Aff. prout ſeq. בְּקִצְפִּי fervore meo Iſ. 50.10. וְקִצְפֶּךָ & fervorem tuum Pſal. 102.11. בְּקִצְפֶּךָ in fervore tuo, Pſal. 38.2. מִקִּצְפִּי à fervore tuo, Jer. 10.10. Et 2. hinc etiam No. קִצָּפָה, f. ſpuma: Bu. Lex. Coc. vel ſecundùm alios eſt, decorticatio: Pag. ſpuma, indignatio efferveſcens: vel decorticatio: Av. prout occ. Joel 1.7. cum לְ præf. ſic: poſuit vitem meam in deſolationem, & ficum meum לִקְצָפָה, in ſpumam: i.e. rem nihili: juxta Ab. Ezra. Quidam in clavum vel fungum, qui ſcil. efferveſcentia quædam & ſpuma eſt in arbore: q. d. in decorticationem: Bu. Lex. h.e. ac ſi diceret quòd decorticata eſt, ob multam ſiccitatem. Sed poteſt etiam exponi in iram, aut maledictionem: inquit R. D. Pag. ex prima ſcil. & propriâ Radicis ſignif. quidam autem exp. tuberem, qui eſt velut efferveſcentia & ſpuma in arbore: Merc. A. E. in ſpumam: h. e. quia nihil habebat intra ſe: Pag. vel, potiùs, quia in eo non eſt quicquam. Merc. Et ficus mea in clavum &c. ſic interpretamur Hebræam vocem à candeſcente ſpumâ derivatam: eſt enim clavus (quem etiam fungum, ſeu patellam vocant) tuber illud adnaſcens imis arboribus quæ, aut vetuſtate, aut alio vitio, fructum afferre deſinunt: quùm viz. humor, ut vocàtur, Radicalis & crudus, circa imam arborem ſubſidit, & clavos, tubera, aliaque vitia tanquàm deſpumans, excreat. Jun.

Rad. 74. קָצַר: eſt, anguſtare, ſtringere, arctare; breviare. abbreviare: item metere. Pag. decurtare. abſcindere: demetere, Sed ſumitur & intranſitivè in kal, pro arctari, arctum eſſe, breviari, &c. Merc. abbreviari, decurtari, breve aut curtum eſſe. aut fieri: anguſtari: imminui: Bu. Lex. decurtavit, abbreviavit cultro ſeu falce, demeſſuit, abſcidit: in kal, cum Accuſ. eſt Activum, ſed ſine Accuſ. neutrum: decurtatus eſt. Eſt cogn. cum קָרַץ, excidit: & cum חָצִיר, gramen abſcindendum, vel quod falce ſeu enſe demetitur. Hinc ξυρέω, -ἐω. ύω, derado, abſcindo: ξυρὸς gladiolus, quo aliquid abſciditur: & ξυρὸς novacula: item per Metath. Lat. curto, decurto, &c. Av. In Bu. Conc. Rad. hæc duo ſignif. 1. eſt, breve, curtum, anguſtum eſſe: prout occ. in præt. kal, 3. ſ. m. ſimpl. & cum הַ Interrog. præf. & in 3. ſ. f. ſimpl. ut ſeq. הֲקָצְרָה abbreviavit, brevior eſt, Iſa. 23.20. הֲקָצְרָה an anguſtatus eſt, Mic. 2.7. קְצָרָה abbreviata eſt. Iſa. 50.2.. 59.1. In part. pahul kal, à ſ. m. קָצוּר, & in fæm. קְצוּרָה breviatus, arctatus, -ta, &c. prout occ. in formâ pl. f. cum kibbuts pro ſchurek penult. ſic, קְצֻרוֹת abbreviatæ, contractæ, Ezech. 42.5. In Infin. kal, occ. cum הַ Interrog. præf. ſic: הֲקָצוֹר num anguſtando, Iſa. 50.2. In fut. kal, à 3. ſ. m. יִקְצֹר, abbreviabitur, &c. occ. in 3. ſ. f. vel cum kamets in ult. ob pauſam, vel extra pauſam cum pathach in ult. idque ſimpl. & cum ! conv. præf. ut & (à 3. pl. m. יִקְצְרוּ, decurtabuntur) in 3. pl. f. ſimpl. ut ſeq. תִּקְצַר abbreviata eſt, Num. 11.23. תִּקְצַר anguſtaretur, Job. 21.4. וַתִּקְצַר & anguſtatus eſt, Num. 21.5. Jud. 10.16.. 16.16. Zach. 11.8. תִּקְצוֹרְנָה decurtantur, Prov. 10.27. In piel, קִצֵּר vel, קִצַּר, decurtare, Bu. decurtavit aſſiduè: Av. abbreviavit: Cocc. prout occ. in præt. piel, 3. ſ. m. in forma cum pathach in ult. loco ſeq. קִצַּר curtat, Pſal. 102.24. In hiphil, הִקְצִיר, idem cum piel decurtavit: Bu. fecit curtiorem: Av. Abbreviavit: Cocc. prout occ. in præt. hiph. 2. ſ. m. loco ſeq. הִקְצַרְתָּ decurtaſti, Pſal. 89.45. Atque indè eſt 1. No. קָצָר, vel, קֶצֶר, m. brevis, curtus, contractus, abbreviatus: præceps. Pag. Bu. &c. unde brevis irarum, vel iris, dicitur iracundus, ſeu præceps ad iram: qui, ſcil. citò iraſcitur, ſeu facilis eſt ad iraſcendum: Pag. Bu. 70. ὀξύθυμος: Coc. Et ſic opponitur τῷ ἀργίζεσθαι, longanimi, patienti, tardo ad iram: Merc. 70. hoc reddunt μακροθύμους, longanimis; & ſic opponuntur, in Prov. 14.29. אֶרֶךְ אַפַּיִם q. d. longus irarum: i. e. longanimis, & קְצַר־רוּחַ, brevis ſpiritu: 70. ὀλιγόψυχος: impatiens, iracundus. Cocc. præceps animo: Bu. Lex. occ. autem hoc No. in forma ſ. m. conſtr. cum ſcheva, ſcil. & pathach: idque ſimpl. & cum י cop. præf. קְצַר brevis, Job. 14.1. Prov. 14.17. וְקָצַר & brevis, Prov. 14.29. Et in formâ pl. m. קְצָרִים vel, קְצֵרִים; unde in pl. m. conſtr. eſt, קִצְרֵי breves, curti, 2 Reg. 19.26. Iſa. 37.27. Item, 2. hinc etiam ex Rad. in hâc 1. ſignif. eſt No. Subſtant. קוֹצֶר, m. brevitas, decurtatio, abbreviatio: imminutio: afflictio, anguſtia: Pag. Bu. Av. Prout occ. cum מִ præf. (ubi 70. reddunt ἀπὸ τῆς ὀλιγοψυχίας: Cocc. propter brevitatem, i.e. afflictionem ſpiritûs, &c.) loco ſeq. מִקּוֹצֶר præ anguſtia, Exod. 6.9. Deinde ii. ſignif. 2. hujus rad. קָצַר, eſt, metere, demetere: Bu. Conc. &c. vide ad initium rad. 70. διαζεύγνυμι: Cocc. prout occ. in præt. kal, 3. pl. cum kamets pro ſcheva penult. ob pauſam: & in 2. pl. m. ſimpl. & cum ! conv. præf. קָצְרוּ meſſuerunt, Jer. 12.13. קְצַרְתֶּם meſſuiſtis, Hoſ. 10.12. וּקְצַרְתֶּם & meſſueritis, Lev. 23.10. In part. ben. kal ſ. m. occ. ſimpl. & cum הַ & בַּ præf. ut & in formâ pl. m. ſimpl. & cum הַ & לַ præf. ut ſeq. קוֹצֵר meſſor Pſal. 129.7. הַקּוֹצֵר meſſorem, Jer. 9.21. בַּקּוֹצֵר meſſorem: Am. 9.13. קוֹצְרִים metentes 1 Sa. 6.13. הַקֹּצְרִים vel ſine vau, meſſores, Ruth. 2.3,5,6,7,14. 2 Reg. 4.18. לַקֹּצְרִים meſſoribus, Ruth. 2.4. In Infin. kal, formâ cholem in ult. occ. cum לְ & וְלְ præf. ſic, לְקָצוֹר ad metendum, Lev. 19.9. וְלִקְצֹר & ad metendum. 1 Sam. 8.12. ſed cum affixis cholem juxta normam tranſp. & mutari ſolet in cam. chat. ſed cum בְּ præf. & הָ.. Aff. ut & cum בְּ præf. & בָּם, Aff. cholem mutatur in kibbuts

pro cam.chat.ſub 1.Rad.ſic,בְּקִצְּרֵךָ in metere te, Lev. 23.22. וּבְקִצְרְכֶם in metere vos, Lev.19.9..23.22. In Imper. kal. á ſ. m. קְצוֹר, demetito: occ.in pl.m. cum ו cop.præf. וְקִצְרוּ & metite, 2 Reg.19.29. Iſa. 37.30. Hoſ.10.12.In fut.kal, 2.ſ.m.eſt,cum cholem in ult. ſic, תִּקְצוֹר vel ſine vau, metes,Lev.25.5.Deut.24.19.Mic. 6.15. & in 3.ſ.m.fut.kal, occ.vel cum cholem vel pro eo cum cam.chat.in ult.ob Maccaph ſeq.ſed in 2. pl.m. cum Scheva penult.ſic, יִקְצוֹר metet,Eccl.11.4. Iſa.17. 5. יִקְצֹר metet, Prov.22.8. תִּקְצְרוּ metetis, Lev.25. 11.Item, in 3.pl.m.fut.kal, occ. ſimpl. & cum Nun parag.add.idque poſt cholem penult.in utroque pro Scheva ob pauſam: ſed cum הוּ Aff. cum Scheva ante kibbuts pro Schurek penult.ut ſeq.יִקְצְרוּהוּ metent Job.24. 6. Pſ.126.5. Hoſ.8.7.יִקְצֹרוּ metent Rut.2.9. יִקְצְרֻהָ metent eam, Job.4.8.Atque indè ex Rad.in hàc 2.ſignificeſt No. קָצִיר, m.meſſis: item, ramus, ab amputando: vel decurtando: Pag.Bu.decurtatio: ut fit demetendo ſegetes,& amputando ramos meſſis: Av.propriè eſt meſſis,ſeu demeſſio: atque indè ſumitur pro omni eo, quod ſupernè excreſcit, amputandum: ut pro palmite, aut ramo qui demetitur, ſeu reſecatur. Merc.70.θερισμὸς,ἀμητὸς,τευχητὸς,Cocc.Prout occ. hoc No. in abſol.formà ſimpl. locis ſeq. קָצִיר meſſis: ramus, Joſ.3.15.2Sam.21.9,10..23.13. Job.14.9.Pro. 25.13. Iſa.17.5,11..18.5.Jer.5.24..8.20..50.17. Hoſ. 6.11. Joel.4.12. cui etiam formæ abſol. לְ, הַ, בְּ, יְ, & כְּ ſunt præf.ut ſeq. וְקָצִיר & meſſis, Gen.8.22.. 45.6. הַקָּצִיר meſſis. Exod.23.17. Ruth.2.21. Jer. 51.33. בַּקָּצִיר in meſſe.Prov.6.8..10.5.. 20.1..26.1. Iſa.9.2. וּבַקָּצִיר & in meſſe, Exod.34.21. לַקָּצִיר ad meſſem Am.4.7. Item in forma ſ.m.conſtr.cum Scheva ſcil.penult.occ.ſimpl.& cum ו cop.præf. קְצִיר meſſis,Gen.30. 14. Exod.34.22. Lev.19.9..23.22. Jud.15.1. Ruth.1. 22..2.23. 1Sam.6.13..12.17. 2 Sam.21.9. Iſa.23.3. Joel.1.11. וְקָצִיר & meſſis Ruth.2.23. prout occ. etiam cum Affixis variis: ut cum בְּ præf.& י, Aff. & cum הָ vel in pauſâ הָ֫, & ךָ, כֶם, וֹ & הּ, Aff. eaq; omnia abſque præf. prout ſeq. בְּקְצִירִי in meſſe mea: ramos meos, Job.29.19.קְצִירְךָ vel קְצִירֵךְ meſſis tua,Le. 19.9..23.22..25.5.Deut.24.19.Jer.5.17. קְצִירֵךְ meſſis tua, Iſa. 16.9. קְצִירְכֶם meſſis veſtra, Lev. 23.10. קְצִירוֹ meſſis ejus, ſua, 1 Sam.8.12. Job. 5.5.. 18. 16. קְצִירָהּ meſſis ejus, Lev.23.10 & Iſa. 27.11. In forma pl. m. קְצִירִים, & in conſtr. קְצִירֵי, rami, vel palmites: Pag. Bu. Av. 70. τὰ κλήματα: Coc. prout occ. in pl.m. conſtr. cum הַ aff. ſic: Pſal. 80. 12. mittet. pro, miſit, ſeu, emiſit, קְצִירֶיהָ, ramos ſuos: Pag. Bu. emittet, vel extendet palmites ſuos: Av. promittebat meſſem ſuam, h.e. ramos ſeu palmites ſuos, ad mare,Et ſic in ſing. Job.29.19. & ros pernoctabat.in ſegete meà.h.e. in ramis meis. Nam comparat ſe cum arbore. Hoſ.6.11.שָׁת קָצִיר לָךְ, ponens meſſem tuus eſt. Conſer Apoc.14.16. Coc.Item juxta quoſdam venit hoc No. קָצִיר (formæ, inſtar שְׁרִיר ſuperſtes) pro, meſſore, viz. in Iſa.27.5. quùm collegerit קְצִיר meſſor ſegetem: Pag. alii autem exp. ut ſonat,pro. ipſa meſſe: & ſic ſubaudiunt (meſſor in) meſſe ſegetem ſtantem: vel, meſſem ſegetis: ut ſic ſubaudiatur regimen, קָצִיר. Durius enim eſt quod alii vertunt, meſſem ſtantem: Merc. vel ſic poteſt exponi כְּאֵסוֹף קָצִיר קָמָה, ut aufert meſſis ſegetem. Coc.Ac ſi colligeret meſſor (Hebr.meſſis, ſcil. vir) ſegetem: Jun. Et ſic ibid. verſ.11. גַּל קָצִיר בְּיוֹם נַחֲלָה acervus meſſis in die infirmitatis: Coc. acervus meſſis erit, ſcil. die ægritudinis: Hebr. ægræ viz. plagæ: h.e. die obſidionis, vaſtationis & ruinæ tuæ per Aſſyrim. Tunc enim quicquid, quocun que ſtudio, & quantàcunque copiâ præparaveris adventu Aſſyriorum momento uno conſumetur; tan quàm ſi numeroſa caſtra nanciſcerentur parvulum acervum tritici undè tolerarent vitam. Jun. Alii verò ſic exp. גַּל קָצִיר, commotio rami, (vel. commotus eſt, ſcil. i.e. commovetur ramus, ſeu planta, nam גַּל Toar ſivè adject. videtur eſſe loco Benoni: Merc.) in die percuſſionis infirmantis. Hoc R.D. per totum verſum ſic explicat. In die plantationis tuæ creſces (vel. creſcebas, ſeu propagabaris) i.e. multiplicaſti filios & magnificaſti (vel, educaſti, evexiſti) & proſperata es in operibus tuis. At modo Dei ſalutis tuæ oblita es, & Dei fortitudinis tuæ non es recordata. Idcircò movebitur ſeu, emovebitur, ramus tuus in die: &c,ac ſid. quòd celeriter peribunt. Pag. Et conſumentur. ſeu, deficient. Atq; ſenſus vocis עַל־כֵּן idcirco,quæ ſuperiore verſu poſita eſt, omninò cohæret cum his, commotio. ſeu, emotio, rami, q.d. plantationes. ſeu plantæ, illæ amænæ, quarum & ſuperiore illo verſu meminerat, quas ab initio plantaſti, & proſperitas illa magna quæ tibi accidit: totum hoc (inquam) conſumetur, ſeu, deficiet quia oblita es Dei ſalutis tuæ: & idcircò commovebitur, ſeu emovebitur. ramus tuus: Cev.

terere, comminuere: Coc. Quidam exp. afflatu obruere, ut cum שָׁפָף fit cogn. quò etiam referunt no. שְׁפִיפֹן colubræ genus, flatu opprimens: de quo infrà in שָׁפָף: Merc. שׁוּף, in præt kal, שָׁף quassit, concussit, quassavit, contrivit quatiendo; & propriè dicitur de serpente, qui suo afflatu præmisso mordet & lædit. Ideoque est cogn. cum נָשַׁף flavit, & שָׁפַף afflavit serpentino sibylo. Hinc σοβέω, quatio, expello, σοβέομαι, consternor: Av. שׁוּף In Bu. Conc. est conterere. Prout occ. in fut. kal, 3. ſ.m. (á simplice forma יָשׁוּף) cum נִי & ךָ aff. ut & in 2. ſ. m. cum בְּ aff. hic: Job. 9. 17. אֲשֶׁר בִּשְׂעָרָה יְשׁוּפֵנִי quia turbine conteret me: Pag. Bu. qui horrore quatiet, i.e. consternabit me. Av. qui in turbine attereret me: 70. ἐκτρίψει: Coc. Qui turbine contereret me: i. e. miserrimè, & subitâ, violentâ, & fragosâ plagâ, qualem experti fuerant ipsius filii, suprá 1. 19. perderet idque, ut seq. impunè: i.e. sine ullo damno suo, ac nemine vindicante me: sic: Prov. 1. 11. Jun. Item cum eod. נִי aff. occ. etiam Psal. 139. 11. יְשׁוּפֵנִי conteret me. Bu. Conc. Certè tenebræ comminuent me: confer verbum שָׁאַף. Coc. Etiam caligo quatiet me: Av. Sed, juxta alios, est hoc loco in alia signif. viz. pro obscurare, seu abscondere. Et sic exp. אַךְ veruntamen חֹשֶׁךְ יְשׁוּפֵנִי tenebra (i.e. tenebræ) obscurabit, seu occultabit me: á שָׁף, quod est crepusculum, nox, tenebræ; quanquám enim quæ sint radices, eadem tamen est significatio: Pag. ut מוּל & גָּמַל, circumcidere, & alia ejusmodi. Merc. Utique tenebræ occultarent me, &c. ut Pag. Bu. Lex. Utique tenebræ velut crepusculo obvolvent me. Jun. Sed cum הוּ & נִי aff. occ. Gen. 3. 15. sic: הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב ipsum scil. semen, conteret tibi caput, vel te, in capite, & tu conteres illi calcaneum, vel, eum (aut potiùs, id, ut & infrá; Merc.) in calcaneo. Hieron. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus. Meliùs 70. Ipse tuum conteret caput, & tu conteres illius calcaneum. (Ad Christum respexrunt: Merc.) Targ. Et inimicitias ponam inter te, & mulierem, & inter filium tuum, & filium ejus, ipsa (vel ipse: Merc.) erit observans, i. e. observabit, (vel potiús, memor erit, recordabitur: Merc.) tibi illud quod feciſti illi á principio; & tu eris observans, i. e. observabis, ei in fine. A.E. Ipsum: scil. semen, percutiet te in capite, & tu percuties (id) in calcaneo, i. e. in pede. Deficit Beth, i. e. in, sicut & 2 Chron. 34. 30. Omnia verba libri pacti, qui inventus est בְּבֵית (in) domo Domini. R. Sal. Contundet te in capite, & tu, &c. Non erit tibi statio, seu erectio. & mordebis illum in calcaneo ejus, & etiam inde interimes eum. Et תְּשׁוּפֶנּוּ est sicut illud, Isa. 40. 24. נָשַׁף בָּהֶם sufflavit in eos. Serpens enim, quando venit ad mordendum, sufflat, i. e. sibilat. Pag. Ipsum conteret tibi caput, tu autem conteres ipsi calcaneum. Bu. Lex. Ipsum (semen) quatiet tibi caput, & tu quaties illi calcaneum. Av. Illud conteret te caput, & tu conteres illud calcem: h. e. conteret tibi caput, & tu conteres ei calcem. Kimchi, לָשׁוֹן מַכָּה וּכְתִיתָה notat percussionem & contusionem. Sensus dicti: Ille te καταργήσει: & omni potestate privabit. ita tamen, ut patiatur propter peccatum, & potestatem, quam tu per seductionem, & vim legis consecutus es in hominem. Coc. Hoc conteret tibi caput. tu autem conteres huic calcaneum. Hoc, &c. i.e. semen hujus quod scil. virgo concepit in utero ex spiritu sancto, á viro intacta, infrá 49. 10. Isa. 7. 14. & Mat. 1. 22. quemadmodùm Cyprianus accipit lib. 2. adversús Judæos. cap. 8. Conteret tibi, &c. i. e. multò gravius in ecclesia per Christum accipies damnum, quàm sis allaturus: nam Christus, semen mulieris, dominus gloriæ, te contriturus est sub pedibus suorum velociter; Rom. 16. 20. Jun.

Rad. 66. שׁוּק est, concupiscere, desiderare: Pag. Quidam significationem hiphil, de qua infrà, ad totam radicem transferunt, conferentes, cum שָׁקַק verbo vicino, ut sit excurrere præ abundantia, redundare, exundare: in poel Psalm. 65. facere excurrere, seu exundare. Hinc תְּשׁוּקָה accursio, i. e. prompta voluntas & obsequentia erga aliquem. שׁוֹק pes totus à coxendice excurrens ad talos usque, vulgò tibia, crus. שׁוּק verò vicus, angiportus, ut quidam inquiunt, sed latiùs accipio, quòd á platea aliorsùm excurrat, ut tibia è corpore. Conferunt & cum נָשַׁק: quod est osculari, Nam cum נָשָׁק, remotius est. Merc. שׁוּק excurrit, & plerumque de liquidis accipitur, quorum abundantia excurrit. Cogn. cum שָׁקַק discurrit, quod excursionem generalem significat, nisi quòd de aqua, non usurpetur; at נָשָׁק, i. e. potavit, semper accipitur de potûs excursione ad os hominis. Av. שׁוּק & שָׁקַק inter se permutant sua derivata: notant discursationem. Coc. In kal, vix occ. quidam tamen illud Joel. 2. 9. huc referunt, ad fut. kal, 3. pl. m. (sed cum dagesch in koph juxta formam verbi שָׁקַק) בָּעִיר יָשָׁקּוּ per urbem discursant. Coc. reliqui autem hoc referunt ad rad. שָׁקַק, ubi vide. In Bu. Conc. rad. hæc quatuor signif. 1, est, in conjug. piel, ex forma quadrata poel, שׁוֹקֵק, desiderare, concupiscere, appetere; Pag. Bu. Lex. & Conc. fecit excurrere, fecit exundare. Quando autem significat, appetere, concupiscere: i.e. excurrere animo, est á radice שָׁקַק: Av. Prout occ. juxta quosdam in præt. piel 3. ſ. m. vel, ut alii, in part. ben. kal, á rad. שָׁקַק, sic: Pro. 28. 15. אֲרִי נוֹהֵם וְדֹב שׁוֹקֵק leo rugiens, & ursus discurrens. Isa. 33. 4. כְּמַשַּׁק גֵּבִים שׁוֹקֵק בּוֹ secundùm discursitationem locustarum, (est,) qui discurrat in eo. Sic metaphoricè in præt. poel 3. ſ.f. ex hac rad. vel in part. ben. kal, ſ. f. ex rad. שָׁקַק, occ. cum tseri ob pausam pro scheva penult. sic: Psalm. 107. 9. נֶפֶשׁ שׁוֹקֵקָה animam debilem: q. d. palpitantem, micantem, σφύζουσαν. σφυγμὸς creber ostendit debilitatem & ardorem, qui est in sanguine. Et Isa. 29. 8. וְנַפְשׁוֹ שׁוֹקֵקָה & anima ejus subsultat: h. e. micat, habet crebrum σφυγμὸν. Coc. Quæ appetit, &c. Bu. Conc. Reliqui autem hæc omnia referunt ad rad. שָׁקַק, ubi ea vide. Hic autem plerique locant illud in fut. poel (á 3. ſ.m. יְשׁוֹקֵק desiderabit, appetet, &) 2. ſ. m. (á simplice forma תְּשׁוֹקֵק desiderabis, &c.) cum ! conv. præf. & הָ aff. sic: Psalm. 65. 10. (פָּקַדְתָּ הָאָרֶץ, visitasti terram,) וַתְּשׁוֹקְקֶהָ & desiderare feciſti eam: i. e. visitasti terram pluviâ: postquám desiderare feciſti eam. 70. Et inebriasti eam. Hieron. Et irrigasti eam. R.D. in lib. rad. Visitasti terram, & desiderium dediſti illi, ut saturaretur; Pag. vel desiderasti eam, ut eam satiares: vel te desiderantem & præoptantem exhibuisti ergà eam, ad illam obsaturandam, quasi hoc illi

illi præter cætera præstare velles. Merc. Cev. Vel, Et jam desiderare fecisti eam: i. e. decrevisti; ut desideraret pluviam, & posthàc illam visitasti; Pag. Vel & jam desiderare feceras eam, &c. Sic sæpe per plusquam-perfectum, Hebræum præteritum est reddendum: Rabbini per כְּבָר, jam, expressèrunt. Sic paulò post, & putruerat, est, cùm jam pùtruisset, vel fœtere cœpisset. Merc. Et in Comment. scribit, quòd vau est loco כְּבָר, i. e. jam, vel postquàm desiderare fecisti, visitasti eam pluvià, q. d. prohibuisti pluviam quoad illum admodùm desideraret: illà desideratà, visitasti eam tuà misericordià. R. Sal. visit. ter. & irrigasti eam: deducens à שָׁקָה. Pag. Sed sensus est, Et jam desiderare fecisti eam: sicut Exod. 16. 20. Et vermiculavit vermes, & putruit: i. e. & jam putruit: seu putruerat: vel postquàm putruit. Pag. Et appetis eam: Bu. Lex. & Conc. vide ulteriùs in שָׁקַק; Bu. Lex. Visitasti terram, & fecisti eam excurrere, i. e. exundare, &c. Av. Visitas terram, & obis eam: i. e. non visitas eam obiter, sed penitùs. Coc. Visitas hanc terram, & appetis eam. Singularia hîc Dei beneficia in domicilium & habitationem suorum, elegantissimis figuris exponuntur. Est autem visitare, humanitùs dictum, pro eo quod est, præstare rem quam promiserat Deus: Deut. 11. 10. & sequentibus: confer, Gen. 21. 1. & 17. 9. ut et 18. 10, & 14. Jun. Atque hinc ex hac rad. שׁוּק in hac 1. appetendi seu desiderandi signif, est No. cum תְּ heemant. תְּשׁוּקָה f. constr. תְּשׁוּקַת appetitus, concupiscentia: Pag. Bu. excursio voluntatis, & appetitûs: i. e. desiderium, vel concupiscentia. Av. Accursatio, frequentatio; Coc. Prout occ. hoc No. ſ. f. in forma constr. cum ךָ aff. sic: Gen. 3. 16. (וְאֶל־אִישֵׁךְ & ad virum tuum) תְּשׁוּקָתֵךְ appetitus tuus, seu desiderium tuum, amor tuus, &c. & ipse dominabitur tibi. Hieron. & sub viri potestate eris, &c. 70. & ad virum tuum conversio tua; & sic Targ. Alii tamen codices meliùs habent in Chald. תְּאוֹבְתֵךְ desiderium tuum: & sic R. Sal, & R. D. Sed A. E. exp, Et viro tuo מִשְׁמַעְתֵּךְ (auditio tua, i. e.) obedientia tua: sensus enim est; Et tu obedies omnibus quæ præceperit tibi: quia tu es in potestate illius, ut ejus facias voluntatem. Pag. Appetitus tuus: vel, juxta A. E. obedientia tua: q. d. viro tibi præcipiente, obedies: Bu. Lex. desiderium tuum: i. e. appetitus tuus. 70. ἡ ἀποστροφὴ σου: Av. Et ad virum tuum erit accursatio tua; i. e. præsto eris viro tuo: Coc. Quin erga virum tuum appetitus tuus, esto, scil. confer. 1 Cor. 14. 34. sensus: cum lege naturæ: tum infirmitatis tuæ conscientiâ, dominium viri appetito, idq; cum dolore, i. e. anxià mente atque sollicitâ. (Nam illud, Cum dolore, ad initium versûs, ἀπὸ κοινοῦ ad membra singula pertinet.) Ut in seq. Et ipse præsto tibi: i. e. Et tu subdita ipsi esto: ut loco cit. 1 Cor. 13. 34. & Ephes. 5. 22. Jun. Item occ. etiam ead. forma ſ. f. constr. cum וֹ aff. sic: Gen. 4. 7. (וְאֵלֶיךָ, & tibi, scil. erit, i. e. in tua facultate erit,) תְּשׁוּקָתוֹ appetitus ejus: Hieron. Sed sub te erit appetitus ejus. 70. Et ad te conversio ejus. R. Sal, Appetitus ejus, scil. peccati; i. e. concupiscentia mala, quæ jugiter concupiscit, dejicere te. Sed A. E. obedientia ejus; quia concupiscentia revertitur ad obedientiam tuam voluntate tuâ. Est etiam in te facultas, ut illi domineris. Pag. Appetitus ejus: Bu. Conc. Et ad te desiderium illius, tu dominaberis ei. 70. πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτῆς. Av. Et ad te accursatio ejus: h. e. Tibi se insinuat, tibi præsto est, adblanditur peccatum, h. e. concupiscentia: Coc. (Vide suprà ad finem rad. חָטָא: peccatum, cubat, &c.) Contextus totius versûs sic se habet. (Nonne si benè egeris, remissio, si vero non benè egeris, præ foribus est peccatum excubans?) at erga te est appetitus illius, & tu præes illi. Nonne, &c. hoc interrogandi genus vehementissimam designat affirmationem, ut Josh. 1. 9. sensus est; attende ad te, si sapis; nam resipiscenti remissio malorum operum tuorum; ut vocantur, 1 Jon. 3. 12, pertinaci supplicium, imminet. Præ foribus: i. e. proximum est ac præsentissimum: sic ὀλὶ θύρας, Mat. 24. 33. Peccatum; i. e. pœna peccati, metonymicè: ut iniquitas infrà v. 13. Atque hanc metonymiam in Hebræo textu indicat generis Enallage. Excubans; elegans metaphora, ut Deut. 29. 19. Erga te, &c. i. e. & naturæ lege, quia junior est te: & animo, quia frater: & vocatione, quia tibi subjectus: te colit Hebel: quamobrem indignum est, te hoc animo in illum esse. Jun. Item occ. etiam cum eod. וֹ aff. Cant. 7. 11. sic: Ego dilecto meo וְעָלַי תְּשׁוּקָתוֹ, & super me desiderium ejus. Hieron. & 70. conversio ejus: A. E. ut suprà, obedientia ejus, i. e. meum est obtemperare illi, ut faciat voluntatem suam. Pag. Et ad me desiderium ejus erit. Av. Ego dilecti mei (sum,) & ad me est conversio ipsius, seu occursatio ipsius: h. e. mihi adest, mihi præsto est, nunquam præsentià ipsius careo. Coc. Quandoquidem erga me (est) appetitus ejus: i. e. quandoquidem tantum est studium dilecti mei erga me, ut me aversantem dilexerit prior, aberrantem revocaverit, offendenti condonaverit, certatimque sua beneficia in me contulerit, se deniq; ipsum mihi tradiderit, quod superiore capite ostendit, non possum non esse illius. Hæc verba sunt totius ecclesiæ adjungentis se Christo capiti suo. Jun. Deinde ii. signif. 2. hujus rad. שׁוּק est in conjug. hiphil, הַשִּׁיק redundare, exundare, enatare: Pag. Bu. Conc. excurrit, exundavit, redundavit, effluxit: Bu. Lex. fecit excurrere: Av. Prout occ. in præt. hiph. 3. pl. simpl. sic: Joe. 3. 18. alias 13. vel 4. 5. הַשִּׁיקוּ הַיְקָבִים redundarunt, vel exundarunt, enatârunt, torcularia. Merc. Excurrerunt laci, vel dolia. Av. Significatur ibi redundans malitia. Coc. Plateas perfundunt torcularium lacus, &c. Jun. Exundabunt, seu redundabunt lacus torcularium: Bu. Lex. & Conc. Item occ. 3. pl. præt, hiph. cum וְ conv. præf. sic: Joel. 2. 24. וְהַשִּׁיקוּ הַיְקָבִים תִּירוֹשׁ וְיִצְהָר & redundabunt torcularia vino; Pag. vel. musto. Hoc significatu quidem utuntur & Hebræi doctores hoc verbo: sed malim transitivum, ut sequitur, licut & illi eo utuntur: Merc. Alii; Et enatare facient torcularia vinum. Unde R. D. exp. הַצִּיפוּ: juxta illud, Deut. 11. 4. הַצִּיף enatare, aut supernatare fecit aquas maris, &c. á rad. צוּף, de quo suo loco. Vide etiam R. Sal. in fine hujus radicis ad conjug. hithp. Pag. Et redundabunt: Bu. Conc. Et excurrent. i. e. exundabunt, torcularia musto, &c. Av. Et abundant lacus musto & oleo: h. e. passim redundant, & diffluunt. Coc. Plateasque perfundent torcularium lacus musto & oleo; i. e. Tanta erit vini oleique copia, ut in

ipſas quoque plateas, exundent torcularia: hyperbole: ut infrá 3.13. Jun. Item iii. ſignif. 3. hujus rad. eſt in No. שׁוּק m. platea, vicus, forum: Pag. Bu. Lex. & Conc. ſic dict. quòd homines illic concurrant, & tranſcurrant: á שָׁקַק ſignificatione mutuatà; Bu. Lex. vicus in quo fit excurſio, tam plateam, quám oppidum ſignificat. Av. Per ſchurek hoc no. ſcribendum hoc ſenſu; ſed plurale per vau mobile, שְׁוָקִים: ut á דּוֹד olla, דְּוָדִים: & à שׁוֹר, licèt ſit per cholem, שְׁוָרִים boves. At שׁוּק, in ſing. per cholem, eſt crus. Merc. Cev. Minús latè patet hoc No. שׁוּק, platea, vicus, quám חוּצוֹת. Coc. Prout occ. in ſ. m. cum בַּ pro בָּהּ dem. præf. locis ſeq. בַּשּׁוּק in platea, per vicum, Prov. 7.8. Eccl. 12.4, 8. Sic etiam in forma pl. m. occ. (ut dictum cum vau mobili) cum בַּ pro בָּהּ dem. præf. loco ſeq. בַּשְּׁוָקִים per vicos. Cant. 3.2. Denique iv. ſignif. 4. hujus rad. שׁוּק, eſt in No. cum cholem, ut dictum, viz. שׁוֹק f. armus, crus, vel coxa; Pag. Bu. Coc. Crus; ab excurrendo á coxendice ad talos uſque. Av. David de Pomis ſic ſcribit מַה שֶּׁהוּא עַל הָרֶגֶל חָלִיל וְיוֹצִיץ עַד הַבִּרְכַּיִם quod ſupra pedem eſt cavum uſque ad genua; tibia. Coc. Nomen autem hoc fœmineum eſſe, colligitur apertè, ex 1 Sam. 9.24. אֶת־הַשּׁוֹק וְהָעֶלְיָה crus, & quod, eſt, ſcil. ſuper illud; ſicut & membrorum reliqua ferè nomina fœminea ſunt; unde in loco Iſa. 29.22. Hebræi ſubaudiunt צַד־הַיָּמִין lateris dextri: ſicut & aliás. Merc. Cev. Occ. autem hoc No. ſ. f. ſimpl. & cum וֹ & וֹ præf. ut ſeq. שׁוֹק armus, crus, Exod. 29.22,27. Lev. 7.32, 33, 34.. 8.25, 26.. 9.21.. 10.14, 15. Num. 6.20. Jud. 15.8. Iſa. 47.2. הַשּׁוֹק armum, 1 Sam. 9.24. וְשׁוֹקוֹ & ſicut armus, Num. 18.18. Et in forma duali occ. etiam hoc No. ſimpl. & cum הֶ dem. præf. ſic: שׁוֹקַיִם crura, Prov. 26.7. הַשּׁוֹקַיִם crura, Deut. 28.35. Ult & in forma du. conſtr. occ. cum בְּ præf. abſque aff. ſed cum יו aff. abſque præf. ſic; בְּשׁוֹקֵי in cruribus, Pſalm. 147.10. שׁוֹקָיו crura ejus, Cant. 5.15. De nomine autem hoc præced. unus aut alter locus venit ulteriùs explicandus; viz. Jud. 15.8. וַיַּךְ אוֹתָם שׁוֹק עַל־יָרֵךְ & percuſſit eos coxâ ſuper femur, percuſſione magnâ. Targ. Pag. Et percuſſit eos equites cum peditibus, &c. & ſic שׁוֹק ſignificat peditem, & יָרֵךְ equitem. Et eſt exponendum, inquit R.D. in Comment. de his qui cadebant, dum fugerent ſe facie ejus: q.d. non vertit unus ex illis faciem ſuam ad illum, nec ſtetit quiſpiam ex illis ante illum, ſed univerſi fugerunt á facie illius: & dum fugerent, percuſſit illos, & cadebant cum coxa ſuper femur; qui enim fugit, & cadit ſuper faciem ſuam, vertit coxam ſuam ſuper femur ſuum. R. Levi, coxam apud fœmur; & comparavit pedites coxæ, & equites femori, quia coxa eſt infra femur. R. Sal. Equites cum peditibus: eques enim non innititur femori ſuo, ſed coxæ ſuæ, pede altero poſito in ſerro pendente excurru. (vel. ſella: Merc.) R. Joſ. exp. pedites cum equitibus. R. D. in lib. rad. ut in Comment. quia cadere fecit illos percuſſione ſuâ; cadens verò ante perſequentem, incurvat ſe ſuper genua ſua, & cadit in faciem ſuam, & hoc modo coxa ejus eſt ſuper femur ejus: Pag. Et percuſſit eos crus ad femur: h.e. incurvatos: vel, ut procederent in genua, & curvati jacerent Coc. Percuſſitque eos crure (vibrato) in femora (eorum) plagà magnà, &c. Crure vibrato, &c. i.e. non aliis armis eos petens, quàm pede, velut ignaros milites. Jun. Item locus ille notandus, 1 Sam. 9.24. Et elevavit coquus אֶת־הַשּׁוֹק וְהָעֶלְיָה coxam, & quòd (erat) ſuper illam: i.e. & femur quod erat ſuper coxam, inquit R.D. & A.E. & ſic Targ. coxam & femur ejus. Et apud doctores quæritur, quid eſt coxa & quod ſuper illam? dixit R. Jochanan coxam, & caudam; R. Elihezer, coxam & pectus. Et R. Semuel, coxam & pulpam. Pag. Armum & quod erat ſuper ipſum: Bu. Lex. Crus & quod ei adjunctum: Kimchi; nempe femur. 70, κνήμην ἐπὶ μηρὸν. Coc. Quumq; deprompſiſſet coquus armum quendam, & quæ hærebant ei. Jun. Item Prov. 26.7. in duali דַּלְיוּ שׁוֹקַיִם tollite crura: intellige cothurnos, i.e. cruralia ornamenta, juxta quoſdam: Bu. Lex. Tollite crura, à claudo דָּלָה, tollite, eſt pro דַּלּוּ: Belg. heeſt op. an, auferte? ſic: Auferte crura à claudo, & ſententiam (quæ eſt) in ore ſtulti. Coc. Tollite cothurnos (Hebr. crura pro cruralibus ornamentis, metonymicè) à claudo, & ſententiam (quæ eſt) in ore ſtolidorum: i.e. ut loripedem recti deridentes cothurnos induentem, quibus ineptus eſt, & perſonam, ſive larvam abutenti detrahunt, ita etiam retegendus eſt, ac multò minùs ferendus ſtolidus in ſuperbo ſermone ſuo: quem ille vel maximè ridiculum, tamen tot ſententiis, quot verbis, abundare putat. Jun. Item hîc quidam ponunt verbum in hithpael quadratum, viz. הִשְׁתַּקְשַׁק vel שָׁק festinanter ambulare: Pag. Fecit ſe diſcurrere, curſitavit. Av. Prout occ. in fut. hithp. (à 3. ſ.m. יִשְׁתַּקְשַׁק diſcurret, curſitabit, &c.) in 3. pl. m. cum nun parag. add. ſic: Nah. 2.5. In vicis inſaniunt currus יִשְׁתַּקְשְׁקוּן בָּרְחוֹבוֹת diſcurrebant in foris: Coc. feſtinanter ambulabunt per plateas: (ſeu diſcurrunt, curſitant: Merc.) in plateis feſtinanter ambulabunt; i.e. diſcurſabunt per plateas. Av. Allident ſeſe per plateas: Jun. A coxa deductum eſt verbum, quòd in ambulando feſtinanter coxæ moveantur, aut ſeſe percutiant: inquit R.D. R. Jonah, Percutient coxam ad coxam; quod ſequitur A.E. Et deducitur, inquit R. Sal. à verbo וְהַשִּׁיקוּ, & audire facient ſonitum, aut, reſonare facient torcularia vinum. Joel 2.24. quando enim effuſio deſcendit de torculari in medium הַיֶּקֶב laci, qui eſt ante torcular, auditur ſonitus. Et ita hoc loco, Audientur, (vel audietur: Merc.) ſonitus armorum in plateis, &c. & ſic exponit illud, Iſa. 32.3. קָמַשַּׁק ſicut ſonitus locuſtarum, &c. quære in שָׁקַק. Pag. In Dan. 2.32, 33. iſta eſt diviſio imaginis. רֹאשׁ caput, חָזֶה pectus, יָרְכָיו & מֵעָיו viſcera & femora, שָׁקָיו & רַגְלָיו tibiæ & pedes, in quibus אֶצְבְּעָן digiti. 70. βραχίων, κνήμη, σκέλη. Coc. Item hîc etiam inter nomina quidam ponunt no. Toar. ſeu adject. fœm. quod occ. Iſa. 29.8. Et anima ejus שׁוֹקָקָה concupiſcens, inquit R.D. vel appetens, & deſiderans: i.e. concupiſcit cibum & potum: Pag. Quidam, excurrens præ fame: ut ſit à שָׁקַק; Merc. Hieron. vacua eſt. Eſt autem nomen Toar ex poel, inſtar סוֹרְרָה, inquit R.D. A.E. exp. Quærens potum: & ſic videtur deducere à שָׁקָה. Pag. (Et anima ejus,) appetens: Bu. Lex. Confer. Pſalm. 107.9. Quia ſaturavit, aut ſaturare fecit animam שׁוֹקֵקָה deſiderantem. 70. & Hieron. inanem, ſive vacuam. Pag. Item, quidam

ab hac rad. שׂוּךְ ducunt 1. No. cum mem heemant. & duplice ſægol, viz. מָשָׂךְ obitio: prout occ. Gen. 15.2. בֶּן־מֶשֶׂךְ בֵּיתִי filius obitionis domûs meæ: h.e. cui impoſui curam domûs meæ: ſervus meus atriensis. Et 2. no. cum מ heemant, ante ſchin dageſchatum, cum pathach ſub ſe, viz. מַשַׂךְ m. diſcurſatio: prout occ. cum כְּ præf. ſic: Iſa. 33.4. כְּמַשַׂךְ גֵּבִים juxta diſcurſationem locuſtarum: Coc. Sed de hiſce vide infrà in rad. פָּשַׂךְ, ubi plerique hæc duo nomina locant.

Rad. 67. שׁוּר in præt. kal, שָׁר, eſt, canere, cantare; item, intueri, aſpicere, proſpicere. Pag. Tria hujus verbi ſignificata, canere, aſpicere, & munera deferre; Sunt qui ad unum revocent, ut generaliter ſit, rectà intendere, ſeu extendere, diſtendere, & dirigere; ut ſit vicinum verbo יָשַׁר; vocem intendere, ſeu extendere, eſt cantare: in kal, hoc ſenſu, in præterito ferè tantùm & benoni occurrit: alia enim ex poel & hiphil petuntur, ut rurſum in hiphil præteritum non invenias: etſi in his potes ad canonem Grammaticorum confugere. Secundò, eſt intendere oculos, ſeu aciem oculorum, procurrere ad obſervandum, aſpicere, intueri, reſpicere, proſpicere, obſervare. Tertiò, porrectis brachiis offerre ſeu deferre munera, procurrere ad porrigendum munus: Kimchi, ire, tendere. Merc. שׁוּר cantavit, cecinit; item, contemplatus eſt: quæ ſignificatio etiam ad שָׂרַר referri poſſit. Bu. Lex. Recta contemplatus eſt, inſpexit, rectà intuitus eſt, ſpeculatus eſt cum obſervatione diligenti & cum inquiſitione quadam obſervavit, ut aliquid carperet. Cogn. cum יָשָׁר rectus fuit, & cum שִׁיר cecinit voce rectâ. Hinc ἱστορέω, video, inſpicio. Av. In Bu. Conc. rad. hæc quinque ſignif. 1. eſt canere: 70. ἄδειν, ψάλλειν. Coc. Prout occ. in præt. kal, 3. ſ. m. ſimpl. loco ſeq. שָׁר cecinit, Pſal. 7.1. Et in part. ben. kal, ſ. m. occ. cum ו cop. præf. ſed in forma pl. m. ſimpl. & cum וֹ, & לָ præf. ut & in forma pl. f. cum וֹ & הָ præf. ut ſeq. שָׁרוֹת & canens; Prov. 25.20. שָׁרִים cantores, 2 Sam. 19.36. Pſal. 68.26. Eccl. 2.8. Ezec. 40.44. וְשָׁרִים & cantores, Pſal. 87.7. הַשָּׁרִים cantores, 2 Chron. 35.25. לַשָּׁרִים cantoribus, 2 Chron. 9.11. וְשָׁרוֹת & cantatrices, 2 Sam. 19.36. Eccl. 2.8. וְהַשָּׁרוֹת & cantatrices, 2 Chron, 35.25. Item in hac 1. cantandi ſignif. occ. in fut. kal, (à 3. ſ. m. יָשׁוֹר vel cum pathach יָשַׁר, cantabit &c.) in 2. ſ. f. (in forma cum pathach in ult.) cum וַ conv. præf. loco ſeq. וַתָּשַׁר & cecinit, Jud. 5.1. In Piel quadrato, ſeu ex forma poel, שׁוֵּר idem cum kal, cecinit. &c. Bu. ma. cantavit: Pag. Cocc. prout occ. in part. piel, ſ. m. ſimpl. ſic, 2 Chron. 29.28. וְהַשִּׁיר מְשֹׁרֵר & canticum cantantis, aut cantoris: Pag. vel potiùs, & canticum canebat, neque enim eſt regimen cantico tribuitur quod eſt cantoris: ſicut & clangere, quod eſt tubicinum, tubis. Kimchi, cantabatur: intranſitivè; vel tranſitivè author cantici: i. e. cantor canebat, & qui habebant tubas, clangebant; Merc. Cev. Eſt intranſit. inquit R. D. vel ut tranſitivum ſic exp. Et canticum, i.e. habentem canticum cantare faciebat. Pag. Et canticum canebat; canticum, pro viro cantici. i.e. cantore, Bu. Lex. Et cantus cantabat; per שִׁיר hîc notantur שִׁיר אַנְשֵׁי collegium (ſeu chorus) cantorum: Coc. Quum muſici canerent, &c. Jun. Canens erat, &c. Bu. Conc. Item occ. etiam ead. forma ſ. m. cum הַ dem. præf. loco ſeq. הַמְשׁוֹרֵר cantor, 1 Chr. 6.18. Sed ſæpiùs occ. part. piel, in forma pl. m, viz ſimpl. & cum הַ, וְהַ & וְלַ præf. ut & in forma pl. f. (à ſing. מְשׁוֹרֶרֶת cantatrix,) cum וְ cop. præf. ut ſeq. הַמְשֹׁרְרִים cantores, 2 Chr. 20.21. Ezr. 2.65. Neh. 7.67. הַמְשֹׁרְרִים cantores, 1 Chron. 9.33..15.16,27. 2 Chr. 5.12. Ezr. 2.41..10.24. Neh. 7.44..11.22, 23.. 12.28,29, 42,46, 48..13.10. וְהַמְשֹׁרְרִים & cantores, 1 Chron. 15.19. 2 Chron. 35.15..23.13. Ezr. 2.70..7.7.73..10.40. Neh. 7.1..12.45..13.5. וְלַמְשֹׁרְרִים & cantoribus, 2 Chro. 5.13. וּמְשֹׁרְרוֹת & cantatrices, Neh. 7.67. Item, occ etiam in fut. piel, 3. ſ. m. ſic, Zep. 2.14. קוֹל יְשׁוֹרֵר בַּחַלּוֹן vox cantabit in feneſtra: Cocc. Jun. vox: viz. inauſpicatarum avium: cujuſmodi nominantur, Iſa. 12. ſub finem, & 34.11. & ſequentibus; Jun. In hiphil, הַשְׁמִיר cantare: Pag. Bu. Cocc. Prout occ. in Infin. hiph. cum לְ præf. ſic, 1 Sam. 18.6. Et egreſſæ ſunt mulieres--&c. לָשִׁיר ad cantandum: ubi ſcribitur cum vau, quia poteſt eſſe Makor ſeu Infin. kal, pro לָשׁוּר: ſed legitur cum Jod, לָשִׁיר: quod eſt Infin. ex hiph. (ſed def. abſq; he nota hiph.) pro לְהַשְׁמִיר: Pag. & ſim. Bu. Lex. Coc. &c. Sic etiam in Imper. hiph. ſ. m. הַשְׁמִיר canta: & in pl. m. plenè eſſet הַשְׁמִירוּ: ſed pro eo occ. def. abſque הָ Imper. hiph. ſic, & locis ſeq. שִׁירוּ cantate, Exod. 15.21. 1 Chron. 16.9,23. Pſal. 33.3..68.5,33..96.1,2..98.1..105.2..137.3..149.1. Iſa. 42.10. Jer. 20.13. In fut. hiph. 1. ſ. occ. ſimpl. & cum הָ parag. add. ſed in 3. ſ. m. ſimpl. & in 1. pl. ſimpl. & cum הָ parag. add. & in 3. pl. m. ſimpl. prout ſeq. אָשִׁיר canam, Pſal. 59.17. אֲשִׁירָה cantabo, Exod. 15.1. Jud. 5.3. Pſal. 12.6..27.6..57.8..89.2..101.1..104.33..108.2..144.9. Iſa. 26.1. יָשִׁיר cecinit. Exod. 15.1. Num. 21.18. יָשִׁירוּ canemus, Pſal. 137.4, יָשִׁירָה cantemus, Pſal. 21.14. יְשִׁירוּ cantabunt, Pſ. 65.14..106.12. Item occ. etiam ead. 3. pl. m. cum וְ cop. præf. ſic, Pſ. 138.5. יְשִׁירוּ בִּדַרְכֵי יְהוָה, Et cantent in viis Domini: Pag. Et canent de viis Jehovæ. Jun. Sed hîc etiam quîdam locant in fut. hiph. 3. ſ. f. cum וַ conv. præf. illûd ſuprà cit. ad fut. kal viz. in Jud. 5.1. וַתָּשַׁר & cecinit Deborah. Eſt enim ex hac Conjug. hiph inquit R. D. in lib. rad. & Michlol: Pag. Per pathach in ultima, ideò præſtat eſſe ex hiphil, ſicut & in lib. rad. videtur velle Kimchi, citans inter alia ex hiphil: Cev. Perperàm enim puto illic per שׁ ſcribi: nec in Michlol citatum reperio. Etſi autem res Grammatica utramque ferat præ ſe conjugationem: quia tamen ut ante monui, futurum kal hoc ſenſu aliàs non invenitur, ſed uſitatum eſt fut. hiphil, ideò malim eſſe ex hiphil: Merc. Nam eſt cum pathach loco ſægol, propter accentum ad penultimam retractum: Bu. Lex. Item loci duo ſuprà cit. notandi ad 1. ſ. fut. hiph. cum הָ parag & unicus ad 3. pl. viz. Exo. 15.1. אָשִׁירָה לַיהוָה cantabo Domino. Sic Pſ. 12.6. Pſ. 27.6. אָשִׁירָה וַאֲזַמְּרָה לַיהוָה cantabo & pſallam Domino: h. e. non tantùm verba ad laudem compoſita meditabor, & voce dicam, ſed & modulatiùs voce ac organo, ad voluptatem audientium pronunciabo. Vide זָמַר. Iſ. 5.1. אָשִׁירָה נָא לִידִידִי cantabo dilecto meo carmen dilecti mei: h.e. pronunciabo ad gloriam filii mei verba ſpiritûs mei, ſapientiæ plena, comparata ad movendum omnem conſcientiam hominum & accendendum amorem ejus: Coc. Accinam nunc dilecto meo (i.e. Chriſto ſponſo Eccleſiæ, cujus amicus & adminiſter ſum) canticum dilecti mei,

&c.

&c. Jun. Pſ. 65.14. יְתְרוֹעֲעוּ אַף־יָשִׁירוּ clangunt imò canunt. Vincentes ſolent clangere & jubilare; qui abundant omni bono, cantare. Cocc. (Veſtiuntur paſcua gregibus, & convalles obteguntur tritico) clangentes agunt (atque) etiam canunt. Jun. In hophal הוּשַׁר, cantari, decantari: prout occ. juxta quoſdam, in fut. hoph. 3. ſ. m. ſic, Iſ. 26.1. יוּשַׁר הַשִּׁיר הַזֶּה canetur hoc carmen; i.e. veritas harum rerum cum glorificatione prædicabitur. Cocc. Cantabitur: Bu. Conc. Sed in Bu. Lex. & Pag. planè deeſt hæc conjug. hoph. cum hoc ejus loco: neque ſuppletur á Merc. ad Pag. nec hic, neque in rad. שִׁיר, שָׁרַר, nec יָשַׁר, Av. autem refert ad rad. שִׁיר ubi etiam locat kal, piel & hiphil præced. in hac 1. canendi ſignif. quam rad. שִׁיר vide ex eo. Atque inde ex hac rad. שׁוּר in hac 1. ſignif. eſt 1. No. frequentiùs occurrens in textu, viz. שִׁיר m. cantus, cantio, cantilena, canticum, carmen; 70. ᾠδή Pag. Bu. Coc. Prout occ. hoc No. ſ. m. ſimpl. locis ſeq. שִׁיר canticum, Jud. 5.12. 1Chron. 6.16.. 16.42.. 25.7. 2Chron. 7.6.. 29.27.. 34.12. Neh. 12.37. Pſal. 30.1.. 33.3.. 40.4.. 45.1.. 46.1.. 48.1.. 65.1.. 66.1.. 67.1.. 68.1.. 75.1.. 76.1.. 83.1.. 87.1.. 88.1.. 92.1.. 95.1.. 98.1.. 104.1.. 105.1.. 122.1.. 123.1.. 124.1.. 125.1.. 126.1.. 127.1.. 128.1.. 129.1.. 130.1.. 131.1.. 132.1.. 133.1.. 134.1.. 121.1.. 137.3,4.. 144 9.. 149.1. Eccl. 7.5. Cant. 1.1. Iſa. 23.16.. 42.10.. Amo. 7.5. Cui etiam formæ ſ. m. שִׁי, שִׁיהַ, שִׁיבְ, שִׁיבַ, שִׁיבְךָ, & שִׁיכְ ſunt præf. ut & cum שִׁימַ præf. & ־ aff. & cum וֹ, vel (pro eo, cum he abundante poſt cholem, ſic,) וֹה aff. ſed abſque præf. prout ſequuntur: הַשִּׁיר idem, 2Chron. 5.13. Eccl. 12.4. Iſa. 26.1.. 30.29. וְהַשִּׁיר & canticum, cantor, 2Chron. 29.28. בְּשִׁיר cantico, Pſa. 69.31. בַּשִּׁיר cum cantico, 1Chron. 6.32.. 25.6. Iſa. 24.9. וּבְשִׁיר & cum cantico, 2Chron. 23.18. Neh. 12.27. בְּשִׁיר ſicut canticum, Ezech. 33.32. מִשִּׁיר de canticis, Pſalm. 137.3. וּמִשִּׁירִי & cantico meo, Pſalm. 28.7. שִׁירוֹ canticum, cantica ejus, 1Reg. 4.32. שִׁירוֹה canticum ejus, Pſalm. 42.9. Et in forma pl. m. cum הַ dem. præf. occ. plenè, ſed cum בַּ & יְבְ præf. def. cum chirek tantum abſque jod in penult. & rurſus cum וּבְ præf plenè ut ſeq. הַשִּׁירִים cantica, Cant. 1.1. בַּשִּׁירִים canticis, Prov. 25.20. וּבַשִּׁירִים & canticis, Gen. 31.27. וּבְשִׁירִים & canticis, 1Chron. 13 8. Item à forma ſimplice pl. m. conſtr. שִׁירֵי cantica, &c. occ. cum יְ־, ob pauſam pro יֵ־ aff. plenè; ſed cum הֵ aff. def. cum chirek tantùm, abſque jod, ſub ſchin 1. rad. & rurſus cum כֶם aff. plenè ſic: שִׁירֵיכֶ canticorum tuorum, Ezec. 26.13. שִׁירֵיכְ cantica tua. Amos. 5.23. שִׁירֵיכֶם cantica veſtra, Amos. 8.10. Item hinc etiam 2. no. שִׁירָה f. idem cum præced; maſc. canticum, &c. prout occ. cum הַ dem. præf. locis ſeq. הַשִּׁירָה canticum, Exo. 15 1. Num. 21.18. Deut. 31.19.21,22,30,44. 2 Sam. 22.1. Pſalm. 18.1. Et in forma ſ. f. conſtr. occ. ſimpl. & cum כְ præf. ſed in forma pl. f. ſimpl. ut ſeq. שִׁירַת canticum, Iſa. 5.1. כְּשִׁירַת ſicut canticum, Iſa. 23.15. שִׁירוֹת cantica, Amo. 8.3. Deinde ii. ſignif. 2. hujus rad. שׁוּר eſt, contemplari, intueri: Bu. Conc. &c. vide ad initium rad. 70. ὄπτεσθαι, προσεύχειν, κατανοεῖν, ὁρᾶτην, εἶναι: cernere, contemplari, &c. Coc. Prout occ. in hac intuendi ſignif. imper. kal ſ. m. cum וְ cop. præf. loco ſeq. וְשׁוּר & intuere. Job. 35.5. Et in fut. kal, 1. ſ. occ ſimpl. & cum נִי aff. cui etiam ult. וְ cop. eſt præf. & in 2. ſ. m. cum נִי aff. ſed in 2. ſ. f. ſimpl. & cum וְ conv. præf. ut ſeq. אֲשׁוּר contemplabor, Hoſ. 13.7. אֲשׁוּרֵנִי contemplor illum, Num. 23.9.. 24.17. וַאֲשׁוּרֶנּוּ & contemplabor eum, Hoſ. 14.9. תְּשׁוּרֵנִי contemplaberis iſtud, Job. 55.14. תְּשׁוּרִי contemplaberis, Cant. 4.8. וַתְּשׁוּרֵי & contemplaris mittens, Iſa. 57.9. Item in 3. ſ. m. fut. kal, occ. ſimpl. vel in forma cum cholem, vel cum ſchurek in ult. ut & cum נִי & נָּה aff. ſed in 3. ſ. f. (à ſimplice forma תָּשׁוּר) cum נִי & נִּי aff. ut ſeq. יָשׁוּר contemplatur, Job. 33.27. יְשׁוּר contemplabitur, Jer. 5.26. יְשׁוּרֶנּוּ contemplabitur illum, Job. 34.29. יְשׁוּרֶנָּה intuebitur illud. Job. 17.16.. 33.14.. 35.13. תְּשׁוּרֵנִי intuebitur me, Job. 7.8.. 24.15. תְּשׁוּרֶנּוּ intuebitur eum, Job. 20.9. ſed occ. & in hac 2. intuendi ſignif. conjug. piel, in forma quadrata poel, שׁוֹרֵר, idem cum kal, contemplari, reſpicere, obſervare, intueri, cernere: Pag. Bu. Coc. intuitus eſt, ſpectavit: Av. Prout occ. in præt. poel 3. pl. ſic; Job. 36.24. Memento ut magnifices opus ejus, quod שׁוֹרְרוּ intuiti ſunt homines; Pag. Alii, cecinêrunt: Merc. quod cernunt homines: ſed malo, decantant. Coc. (quaſi ſcil. in 1. ſignif.) quod contemplati ſunt: Bu. Lex. & Conc. quod homines ſpectaverunt: Av. quod contemplati ſunt mortales, &c. Jun. quem in hunc locum vide ſuprà ſub rad. שָׁגָא. Atque inde ex hac rad. שׁוּר, & ejus poel שׁוֹרֵר, in hac 2. contemplandi, ſeu obſervandi ſignif. eſt 1. no. שׁוֹרֵר m. inimicus: Pag. Bu. ita dictus, quaſi inſpector, obſervator, inſidiator: (quòd aſpiciat ſuum inimicum ad malefaciendum, ut R. D. inquit: Pag.) ſicut à עַיִן oculo, dicitur עוֹיֵן torvè inſpiciens, de Saule; ut videre eſt ſuo loco. Merc. inimicus, obſervator, inſidiator; 70. ἐχθρός. Coc. obſervator: i.e. inimicus. Av. Unde in forma pl. m. שׁוֹרְרִים, & in conſtr. שׁוֹרְרֵי inimici, adverſarii, &c. occ. in pl. m. conſtr. cum יְ־, ob pauſam, pro יֵ־ aff. cui etiam formæ cum יְ־ aff. בְּ eſt præf. ſed cum יְ־ aff. extrà pauſam לְ eſt præf. ut ſeq. שׁוֹרְרָי inimici, obſervatores mei, Pſalm. 5.9.. 27.11.. 56.3. בְּשׁוֹרְרָי obſervatores meos, Pſalm. 59.11. לְשׁוֹרְרָי obſervatoribus meis, Pſalm. 54.7. Item hinc etiam No. שׁוּר, m. idem; inimicus: quaſi obſervator dictus, qui ſubinde obſervat & contemplatur, quibus malefaciat: Bu. Lex. unde in forma pl. m. שׁוּרִים & in conſtr. שׁוּרֵי inimici, &c. Prout occ. cum בְּ præf. & יְ־ ob pauſam pro יְ־ aff. loco ſeq. בְּשׁוּרָי in obſervatores meos. Pſalm. 92.12. Item 3. hinc etiam juxta quoſdam, ad hanc rad. שׁוּר & formà ejus quadratà poel שׁוֹרַר contemplatus eſt, eſt no. (quod tamen omnes ferè præter Bu. Conc. referunt ad שָׁרַר, ubi illud vide) cum thau heemant. poſt ſchurek in ult. & chirek in penult. quod ſcil. occ. ſimpl. & def. cum chirek tantùm, ſed cum בְּ præf. cum jod in penult. ut ſeq. שְׁרוּרוֹת contemplatio, ſpeculatio, Jer. 3.17.. 9.13.. 16.12.. 18.12. בִּשְׁרוּרוֹת in contemplatione, Deut. 29.19. Pſalm. 81.13. Jer. 7.24.. 11.8.. 13.10.. 23.17. Item iii. ſignif. 3. hujus rad. שׁוּר, eſt, munus deferre: & nominaliter, munus, donum: Bu. Conc. (&c. vide Merc. de hac 3. ſignif. ad initium rad.) Prout occ. in fut. kal, (à 3. ſ. m. יָשׁוּר & 2. ſ. m. תָּשׁוּר) 2. ſ. f. cum וְ conv. præf. & kibbuts pro ſchurek, loco ſeq. וַתָּשֻׁרִי munera deferes, Iſa. 57.9. Atque hinc, juxta quoſdam, in hac 3. ſignif.

eſt

est no. in ſ. f. שֹׁרָה, munus, donarium: prout occ. in forma pl. f. cum יךָ aff. loco ſeq. שָׁרוֹתֶיךָ munera tua, Ezech.27.25. Item 2. hinc etiam ex hac 3. ſignif. eſt no. cum תְּ heemant. ab initio; viz. תְּשׁוּרָה f. quod eſt מִנְחָה, h. e. munus, donum: dict. à deferendo. Pag. vel, quòd ad demerendum aliquem extenſis brachiis, vel manibus præmitti & porrigi ſoleat; juxta quoſdam; &c. vide ad initium rad. Merc. Eſt munus, ſeu donum, propriè dignum & reſpectabile, quod Magnati offertur, ut notat R.Sal. Bu.Lex. munus quod reſpicit ad dominum ſuum cui offerri & tradi debet: Av. vel, quod offertur ab eo qui ad videndum admittitur. Coc. Prout occ. hoc No. ſ. f. cum י cop. præf. loco ſeq. וּתְשׁוּרָה & donarium, 1Sam.9.7. Deinde iv. ſignif. 4. hujus rad. ex Bu. Conc. eſt in No. שׁוּר m. murus: Pag. Bu. &c. dict. ex uſu Chald. nam pro Hebr. חוֹמָה Targum habet שׁוּר. Bu. Lex. murus, propugnaculum, ſpecula, unde proſpicitur. Av. An, quia inde περιωπὴ, proſpectus & ſpeculatio? in eo conſtituti ſpeculatores? quomodo & חוֹמָה videtur dici à חָמָא. An τὸ יָשָׁר rectitudo eſt cauſa appellationis? 70. τεῖχος, προμαχὼν. Coc. Prout occ. hoc no. ſ. m. ſimpl. juxta Bu. Conc. locis ſeq. שׁוּר murus, Gen.49.6, 22. 2Sam.22.30. Pſalm.19. 30. Sed occ. etiam, (quaſi à ſ. f. שׁוּרָה, idem cum maſc. murus, &c.) in forma pl. f. (ſignificans mœnia, muros) cum ם, aff. loco ſeq. שׁוּרוֹתָם muros ipſor. Job.24.11. Item, juxta quoſdam, occ. etiam in ead. 4. ſignif. no. in alia forma cum kamets penult. viz. שָׁרָה murus, formæ inſtar חָמָה. Sed R.Sal. in plur. exp. campeſtria. Pag. Alii exp. propugnacula: & Chald. oppida: ſed figuratè; propriè enim ſignificat mœnia; Merc. Muri, propugnacula, mœnia; reſpectus. Av. Prout occ. in forma pl. f. cum בְּ præf. & יהָ aff. loco ſequente: בְּשָׁרוֹתֶיהָ in muros ejus, Jer.5.10. Denique V. ſignif. 5. hujus rad. ex Bu. Conc. eſt in no. שׁוֹר m. bos: Pag. Bu. &c. 70. μόσχος, βοῦς, ταῦρος: Coc. taurus: Chaldaicè תּוֹר: unde Græci & Latini acceperunt Tauri nomen: Av. dict. à terribili vel torvo viſu: aut à forma conſpicua & inſigni; ut R. Bechai notat, Gen. 2. Collectivè, boves; ut Gen 32. 5. וַיְהִי־לִי שׁוֹר ſunt mihi boves, &c. Bu. Lex. Quidam no. שׁוֹר jam habitiorem, & craſſiorem bovem, jam diſtento corpore plenum, jnſtà jam ætate, & magnitudine dici putant, ex tertia ſignificatione verbi ſuprà poſtà. Chaldæis תּוֹר: Græci & Latini hinc Tauri nomen ſumpſiſſe videntur. עֶגֶל eſt vitulus, פָּר juvencus jam adultior, quum generat, & fructificat. שׁוֹר taurus jam plenè diſtentus, & compactus. Quidam recentiores hinc putant Iſraelem dictum יְשֻׁרוּן (de quo vide in rad. יָשַׁר, in fine:) ſicut & hinc Serapin dictum putant, quaſi bovis faciem, & id pravà imitatione Ægyptios à Joſeph ſumpſiſſe, qui cum ſua familia illic boves Deo immolarit: quod & poſteà Iſraelitæ in deſerto, & ſub Jeroboam ſunt ſequuti: quaſi eſſet Apis bos è cœlo delapſus: quòd boves in ſacrificiis igni cœlitùs delapſo conſumerentur. Lactantius ſanè caput bovis dicit vocatum fuiſſe Apin. Quidam etiam Serapin ab urendo, à שָׂרַף: Alii quaſi עֵגֶל אַפִּים parvum aſpectu dictum putant: quòd Patriarchæ Chriſtum ut puerum fide aſpicerent. Merc. Occ. autem hoc no. frequens in textu; & in ſ. m. ſimpl. locis ſeq. שׁוֹר bos, Gen.32.5. Exod.21.28,29,33,36,37.. 22.8, 9.. 23.4.. 34.19. Levit.7.23. 17.3.. 22.27.. 27.25. Num. 18.17. Deut. 14.4.. 17.1.. 18.3.. 22.1.. 25.4.. Joſh.6.21. 1 Sam.12.3. 2 Sam.6.13. 1 Reg.1.19.25. Neh.5.18. Job.7.5.. 24.3. Pſ.106.20. Pro.14.4.Iſa.1. 3..7.25.Eze.1.10. Cui etiam formæ ſ.m. ךָ & ךְ ob pauſam pro ךָ cop. ךְdem לְ,כְ,בְ,וְ,הְ & מִ ſunt præf. ut ſeq. שׁוֹרוֹ & bos,Lev.9.4..22.23,28. Num.7.3. 1Sa.22.19. וְשׁוֹר Et bovem, Jud.6.4. הַשּׁוֹר bos, Ex.21.28,29,32,35,36,37. Lev.9.18,19. Num.22.4. Jud.6.25. Iſa.32.20.. 66.3. כְּשׁוֹר& bos,Ex.21.32. לְשׁוֹרcum bove,De.22.10. וְהַשּׁוֹר ſicut bos,Pro.7.22. לְשׁוֹר bovi,Nu.14.11. מִשּׁוֹר á bove, Exod.22.3. Levit.4.10. 1Sam.15.3. Pſal.69.32. Prov. 15.16. Sed occ. etiam hoc no. ſ. m. cum ךָ,, in pauſa ךָ aff. cui priori cum ſheva ךְ cop. &. ךָ ſunt præf. ut & cum יִ aff. ſimpl. & cum ךְ cop. præf. ut ſeq. שׁוֹרְךָ Exod.23.12. Deut.28.31. שׁוֹרֶךָ Bos tuus, Deut. 15.19. וְשׁוֹרְךָ & bos tuus, Deut.5.14. לְשׁוֹרֶךָ bovi tuo, Exod.22.29. שׁוֹרוֹ bos ejus, ſuus, Deut.5. 21.. 22.4.. 33.17. Joſh.7.24. 1 Sam.14.35. Job 21.10. וְשׁוֹרוֹ & bovem ejus, Exod. 20. 17. In forma pl. m. vau, ut dictum, movetur (per kamets poſt ſcheva;) Pag. cui ſimilem formam vide in rad. חוּחַ & רוּד; Bu. Lex. Quæ forma pl. ut & ſ. cum cholem oſtendit propinquiorem radicem eſſe שׁוֹר, quàm שָׁרַר; Cocc. Prout occurrit autem hæc forma pl. m. Hoſ. 12.12. שׁוֹרִים זָבָחוּ boves ſacrificaverunt; Pag. ſeu mactàrunt; Cocc. viz. in honorem vitulorum. 70. in hoc loco vertunt ἄρχοντες; Av. nam no. שׁוֹר bos; metaph. eſt etiam princeps. Cocc. Illud autem Gen. 49. 6. עִקְּרוּ־שׁוֹר quidam exp. ſubnervaverunt bovem; alii vero exp. murum, ut ſupra in rad. עָקַר. Pag. Avulſerant boves, nempe Shechemitarum, Gen. 34. Ab. Ezra murum: Bu, Lex. Eradicàrunt taurum: Cocc. R. Jacob. putat eſſe cognomentum Dominatoris, ſicut & alias ſcriptura magnos principes vocat arietes, & hircos, Sic & Deut. 33. 17. Joſeph bovem appellavit, ob ejus amplam magnitudinem. Non deſunt qui bovem, ut ſonat, exponant, quòd beſtias enervarent: de qua re dictum eſt in rad. עָקַר. Quamvis enim eorum oves, boves, & aſinos ceperint, fieri poteſt ut partem ceperint, partem ſubnervarint: quia oneri fuiſſet illis abducere omnes urbis beſtias, quum abirent tanquàm fugientes, juxta Kimchi. Quidam recentiorum ſic vertunt. Pro libidine ſua everterunt propugnaculum: ut ſit idem cum שׁוּר, quod exponunt ædificium unde proſpicitur, vel quod foràs extenditur, & procurrit per omnes commiſſuras compactum, & more bovis completum, propugnaculum, promontorium. Sed ſcito Chaldæum magis eſſe hoc nomen: quum pro Hebræo חוֹמָה murus, paſſim Chaldæus שׁוּר & שׁוּרָא dicat; Merc. Gev. In Job 21.10. שׁוֹרוֹ עִבֵּר taurus ejus impregnat, diſtinguitur à פָּרָה. Cl. Bochartus contendit שׁוֹר, quantumvis maſculino genere, notare tamen & bovem fœminam. Cocc. Item illud ſuprà cit. in pl. f. ad 3. ſignif. ex Ezech. 27. 25. quidam volunt eſſe Toar, ſeu no. adject. vel participiale fœm. à ſing. שָׂרָה, pariter ambulans: nam verbum שׁוּר eſt etiam, juxta quoſdam, ire, ambulare: unde locum ſic explicant: Naves Tarſis שָׁרוֹתַיִךְ, pariter ad te ambulantes (in) negotiatione tua: juxta R.D. Et ſic naves appellantur, quòd multæ

tæ pariter ambulant. Unde Chald. in Gen. 37. 25. pro, Et ecce אֹרַחַת turba, aut ſocietas, ſeu congregatio Iſhmaelitarum veniebat, &c. habet שַׁיָּרַת: eò quòd pariter ambulat, ſic dicta inquit R. Sal. vel, juxta R. D. exponi poteſt, caſtrametantes, aut manentes juxta te: nam Targum חָנָה eſt שְׁרָא. Sed in comment. Kimchi exp. ut dictùm, שַׁיָּרוֹת i. e. multæ pariter ambulantes, ſicut שַׁיָּרָא ſocietas, turma, pariter ambulans. Pag. Idem ergo videatur quod שַׁיָּרוֹת, turmæ euntes ad negotiationem, ſive per terram, ſive per mare. Nam & per mare ſimul eunt multæ naves in negotiationem. Chaldæum magis fuerit. Metaphora ducta à turmis militantium, unde שָׁיָרָה idem quod שַׁיָּרָה vel שַׁיָּרָא. Quidam autem exp. propugnacula tua; Merc. Targum, in navibus maris remigabant, & afferebant merces ſuas in medium tui. R. Sal. Campeſtria ejus. Prout etiam exp. illud ſuprà cit. Jer. 5. 10. Aſcendite in planities ſeu campeſtria ejus: deducens nomen à rad. שָׂרָה, unde dicitur no. שָׂרוֹן campus, planities. Pag. Alii verò ſumunt illud Ezech. 27. pro ipſo part. ben. kal. pl. f. cum aff & exp. cantatrices tuæ erant. Bu. Lex. Alli, (Naves Tarſis) ſunt reſpectus tui, i. e. reſpiciunt veniendo ad te: ſumendo illud à no. pl. f. שָׂרוֹת muri, mœnia: item, reſpectus: (ut ſuprà dictum) Av. Cantatrices tuæ commercium tuum: μεσιτεύουσαι; fidicinæ venales. Cocc. Claſſes Oceani decantabant te commercio tuo, &c. Celebritas Tyri innuitur. Jun. Illud etiam ſuprà cit. in ead. 3. ſignif. pro munere, &c. ex Iſa. 57. 9. Pleriq; exponunt ut eſt in Bu. conc. ſic: וְתַשְׁחִי לַמֶּלֶךְ בַּשֶּׂמֶן á no. תְּשׁוּרָה, quod eſt munus ſeu donum verbo deducto: unde R. Jon. exp. q. d. obtuliſti regi munus. Sed R. D. exp. Et iviſti ad regem; Pag. Et munera defers ad regem cum unguentis; quibus ſcil. terra Iſrael abundabat, adeòque alio deportabantur, Bu. Lex. Et reſpexiſti ad regem cum oleo: i. e. obtuliſti munus regi. Av. Et comparuiſti regi cum oleo. Admiſſa ad videndum regem, (qui pro Chriſto accipitur,) das ei pro munere oleum: h. e. ſpiritum; Apoc. 13. 15. Confer. no. תְּשׁוּרָה. Hinc factum nomen, quaſi proprium יְשׁוּרִין: (quod alioqui idem eſt cum יִשְׂרוֹ) quo notatur Iſrael. Factum autem nomen á viſione dei manifeſtati in carne. Deut. 32. 15. Confer. Zeph. 13. &c. Cocc. qui hæc habet in 2. ſignif. hujus rad. שׁוּר, pro, cernere, contemplari, &c. Et contemplata, mittis ſcil. ad regem (viz. Aſſyriæ Tiglath-Pileſerum, 2 Reg. 16. 7.) cum unguentis: hebr. cum oleo: h. e. omnibus modis te comparans, ut impuriſſimum ſcortum, & alliciens exteros qui ſcortentur tecum, oblatis muneribus: ut ibidem ſcriptum eſt, ſic: Ezech. 16. 33. Jun. Sed in hac etiam 2. contemplandi ſignif. loci quidam alii adnotandi, viz. Hoſ. 14. 9. אֲנִי עָנִיתִי וַאֲשׁוּרֶנּוּ (ego exaudivi, pro exaudiam,) & aſpiciam eum: Hieron. dirigam. 70. confortabo. Pag. Ego reſpondi, & contemplabor eum, i. e. obſervabo, curabo. Cocc. Ego exaudiam, & contemplabor eum, viz. á terriculis abſtinentem, ut ſe recipiat ad me! Jun. Job 34. 29. Occultavit faciem, וּמִי יְשׁוּרֶנּוּ & quis cernet eum? Cocc. Quum abſcondit faciem, (viz. ab improbis.) quis contemplabitur eum? i. e. quis improborum averſanti Deo auſit obſiſtere. Jun. Job. 7. 8. לֹא תְשׁוּרֵנִי עַיִן רֹאָי non luſtrabit, ſeu cernet, me, oculus ejus, qui vidit me. Cocc. Nec contemplaturum eſſe me oculum perſpicaciſſimum: Hebr. viſûs. Jun. &c. vide ſuprá ad ben. kal. in rad. רָאָה. Jer. 5. 26. יָשׁוּר כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים qui contemplatur, quemadmodùm deſident aucupes: Cocc. (Inventi ſunt in populo meo impii,) aſpiciet, (pro, aſpicient, aut, aſpiciet ſingulus eorum, ſcil. ad vias, vel, ad aves,) ſicut ponens, aut, ſicut qui ponit, laqueos. Unde exp. R. D. Aſpiciet ſicut qui ponit laqueum, qui aſpicit aves, quando, vel, ubi requieſcunt: ſic ipſi aſpiciunt, ac inſidiantur hominibus. Poteſt etiam exponi, inquit idem R. D. q. d. Ibit, pro, ibunt, (vel potiùs, i. e. ibunt. Cev.) quietè aucupes, & expandent retia, ut quieſcant, & non ſtatuent laqueum in nocte: &, vel, at ipſi ibant totâ nocte, ſtatuebant laqueum, homines capiebant. Pag. Sic infrá hoc verbum exponit Kimchi, Iſa. 57. ubi alii exponunt pro, munus offerre: ſic & alia infrá: unde & ipſe munus dici putat תְּשׁוּרָה nempe, לְפִי שֶׁמְּוֹלִיךְ אָדָם אוֹתָהּ quòd illud homo adducat, ſeu afferat: ut & אֲרוּחָה in אָרַח, eſt victus, cibus: Merc. R. Sal. Inſidiabitur. Hier. Inſidiantes quaſi aucupes. A. E. Circundabit. Pag. Unde & שׁוּר putat dici murum, quòd urbem ambiat: ſed ferè tunc שׁוּר, non שׁוּר legendum eſt: Merc. Cev. (Quiſque) contemplatur ut tendentes aucupes. Hebr. ſecundùm tendere aucupes. Eſt deſcriptio allegorica obfirmatæ & accuratiſſimæ malitiæ populi, hoc & ſequente verſu: cui ſimilis eſt Prov. 1. 17. Hoſ. 13. 7. ſicut pardus juxta viam, אַשּׁוּר aſpiciam: juxta R. D qui tamen ſcribit etiam eſſe Paul, ſeu par. paſſ. ex Kal. á rad. אָשַׁר: (ibi vide, Merc.) R. Sal. ſcribit omne אָשׁוּר quod eſt in ſcriptura, eſt cum. dageſh, hoc duntaxat excepto: quia non eſt nomen loci, ſed verbum futurum primæ perſonæ: i. e. inſidiabor & vigilabo: ſicut Num. 24. 17. אֲשׁוּרֶנּוּ aſpiciam, (vel, intueor: Merc.) eum, & non propè. At Ab. Ezra ſcribit eſſe Toar, i. e. no. adject. inſtar עָצוּם quod eſt fortis: (atque ſignificat viam calcatam: quia greſſus hominis per eam incedant: Merc.) & ſi ſic eſt ex hac radice, eſt, graſſator: (quaſi proſpiciens, Merc.) Targ. כָּמַן inſidiator, aut inſidians, &c. Pag. Contemplabor: Bu. Lex. & conc. Ad hunc locum Maſorethæ notant, non reperiri hanc vocem ampliùs cum kametz. Et omne aliud אָשׁוּר dageſchatum eſt, ut R. Sal. monet: nempe אַשּׁוּר Aſſyrius, vel Aſſyria terra. Quare hîc decepti ſunt 70. Græci. Bu. Lex. Contemplabor, viz. inſidiando: quædam exempl. habent אַשּׁוּר Aſſyriæ. Av. Ut pardus ad viam אַשּׁוּר obſervabam. Niſi eſt pro אָשׁוּר. Cocc. (Et fui iis tanquàm vetus leo: i. e. invaſi eos, & tractavi duriter:) velut pardus in via contemplatus ſum. Confer Jer. 5. 6. Pardus obſervabit ad civitates eorum, &c. pardi proprium eſt inſidere condenſis arboribus: occultari earum ramis & in præteruentia deſilire: ut narrat Plinius Nat. hiſt. l. 10. c. 73. Job 33. 27. יָשׁוּר עַל־אֲנָשִׁים aſpiciet ſuper homines: aut reſpiciet inter homines: aut inſidiatur hominibus: vel, juxta R. D. Ibit ad homines. & confitebitur coram illis. Hieron. Reſpiciet homines 70. Poſteà tunc accuſabit homo ipſe ſeipſum. Sed A. E. exp. יָסוֹב circundabit, ut Jer. 5. 26. de quo ſuprá: & idcirco murus שׁוּר vocatur, eò quod circundat civitatem. R. Levi Aſpiciet: Targ. יְחֻזֵּי diriget. Pag. Contemplabitur homines: Bu. lex. Aſpiciet ſuper homines, & dicet peccavi, quia rectum curvavi. 70. ἀτρεμίμ-ψεται. Av. Aſpicit

Rad. 56. תָּרָף, m. eſt, imago, in qua videntur futura: inquit R.D. Quidam deducunt à רָפָה: quòd in loco ubi ſunt poſita, dimittantur, nec aliò transferantur: vel, ut alii, quòd ad eorum inſpectionem homines opera omittant, vel ſuſcipiant. Sed videtur potiùs peregrina. ſing. non invenitur. Jonathan in Hoſea vertit מְחַוְיָא, i.e. ſignificans, alias צַלְמָנַיָּא, imagines. Aliquando pro ipſo cultu idololatrico, 1 Sam. 15.23. Quidam putant pro rebus interdùm ad divinum cultum pertinentibus ſumi; ut in Jud. Reg. & Hoſea. Sed ubique pro ſimulachrorum genere, quæ reſponſum dabant, & in domibus etiam habebantur, ut penates & lares, ſumpſerim. Putant imagines fuiſſe ad hominum ſimilitudinem, quæ certis horis erectæ, ſub certa conſtellatione reſponſum ederent: quòd influentiarum cœleſtium capaces eſſent: Merc. Non autem venit hoc no. in ſing. ſed in pl. m. תְּרָפִים idola, imagines. Vocantur Dii, penates ſcil. vide R. Sal. Hoſ.3.4. & R.D. 1Sam.19.12. Ut & A.E. Gen.31. 19. Bu.Lex. Legitur tantùm pluraliter תְּרָפִים, Teraphim: & ſunt ſimulachra, ſive ſacra ſive idololatrica; item pro cultu divino, qui exhibetur vero Deo, ſive idolo. Hinc Græci acceperunt θεραπεύω, colo Deos, Unde Heſiodus: Οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν ἤθελον, i.e. neque immortales colere volebant: θεράπων, θέραψ, ſervus, famulus, qui colit aliquem: θεραπὶς, cultrix. θεραπαινὶς, ancilla. Deinde idola iſta, apud gentes, conſulebantur quoque de valetudine. Hinc θεραπεύω etiam ſignificat, medeor: θεραπεία, medela,

&

& cultus: Θεράπευμα, cultus: Av. Teraphim ſunt imagines, 1Sa.19.13. Et accepit Michal אֶת־הַתְּרָפִים imaginem, & poſuit in lecto. Chald. צַלְמָנְיָא. Gen.31. 19. Et furata eſt Rachel Teraphim, i. e. imagines, quas habebat pater ejus. 70. τὰ Εἰδωλα. Aq. μορφώματα. & v.30. Quare furatus es Deos meos? 1Sa. 15.23. וְאָוֶן וּתְרָפִים הַפְצֵר & vanitas atque idololatria refragari. Jud.17.5. & fecit Ephod, i.e. amiculum, & Teraphim, i.e. imagines. Credo, Cherubinos fuiſſe: ſic Jud.18.14,17. Hoſ.3.4. אֵין אֵפוֹד וּתְרָפִים ſine amiculo ſacerdotiali, ſive à Moſe inſtituto, ſive per κακοζηλίαν facto, & imaginibus, quales Cherubinorum. Zach.10.2. vel 4. כִּי הַתְּרָפִים דִּבְּרוּ־אָוֶן Nam imagines loquuntur vanitatem. Dii gentium, in imaginibus culti: quorum Oracula fuerunt non pauca. Sed & imagines, quæ in templo erant, vanitatem docuerunt eos, qui crediderunt, in his & ſimilibus factis vivere hominem peccatorem, & eam ipſorum juſtitiam eſſe. Ezech.21.21. vel 26. שָׁאַל בַּתְּרָפִים interrogavit imagines: Deos in imaginibus cultos. Non, puto, ut imagines reſponderent, ſed ſacerdotes imaginum, aut aliis ſignis innoteſceret, quod rogabat, quanquam R.Sal. putat, fuiſſe imagines loquentes: Coc. Occurrit autem hoc no.pl. ordine Conc. cum וְ cop.& הַ dem. præf.ut ſeq. וּתְרָפִים & imagines, Jud. 17. 5.. 18. 14. 1Sam.15.23. Hoſ.3.4. הַתְּרָפִים imagines, Gen.31.19, 34,35. Jud.18,17,18,20. 1 Sam.19.13,17. 2Reg.23. 25. Zach.10.2. Item occ. etiam hoc no. pl. m. cum בַּ, pro בְּהַ dem. præf. ſic: Ezech.21.21. vel 26. Conſuluit, ſeu interrogavit בַּתְּרָפִים: Pag. &c. vide Coc. paulò antè. Conſulet imagines: Jun. Sunt qui dicunt Teraphim fuiſſe inſtrumenta ærea ad cognoſcendum partes horarum. Alii dicunt quòd erant imagines, quas faciebant Aſtrologi, quæ loquebantur: Pag.quidam enim dicunt quòd ſit penes Aſtrologos, ſeu quòd ſit facultas in peritis aſtrorum, facere figuram certis quibuſdam horis, quæ loquatur: ſed hoc non quadrat textui: Zac.10.2. quia Teraphim locuta ſunt vanitatem. Nam Aben.Ezra inquit alium eſſe ſenſum illius contextûs: Merc.Cev. Magis itaque conſentaneum videtur, quòd Teraphim eſſent hominum imagines factæ ad ſuſcipiendam virtutem ſuperiorum: & teſtes ſunt Teraphim, quas fecit Michal filia Saulis; quas cuſtodes domûs putabant eſſe David, 1Sa.19.13. Pag. in Zach.10. 2.vel,4. Nam imagines loquuntur vanitatem,&c. Ætiologia habetur, cur eccleſia à Jehova petat quæ ſibi ſunt opus, nempè à vanitate idolorum,&, ab idololatrarum miſeriis: Jun. [תִּרְצָה, Thirſa, civitas fuit pulchra in alto monte ſita, quà pro regia uſi ſunt reges Iſrael ante conditam Samariam. Legitur autem cum בְּ præf. Cant.6.4. Formoſa eſt anima mea בְּתִרְצָה ut Thirſa:& amabilis ut Jeruſalem: ut & cum בַּ præf. 1Reg.14.1. Regnavit Baaſa ſuper omnem Iſrael בְּתִרְצָה In Thyrza.Item venit etiam cum he locali, in fine; 1 Reg.14. 17. Et ſurrexit uxor Jeroboam & venit תִּרְצָתָה in Thirſa. Av. Qui ſolus hîc pro rad. hanc vocem ſtatuit. Item תִּירוֹשׁ muſtum recens, quod adhuc fervet, punctatur ad formam קִישׁוֹר, & eſt à rad. inuſit. תָּרַשׁ. Et eſt cogn. cum תִּשְׁרִי, i.e. ſeptember, menſis ſeptimus in quo colligitur muſtum; Av. Qui hîc etiam hanc vocem ſolus pro rad. ſtatuit, reliqui namq; referunt ad יָרַשׁ; ubi vide.]

Rad.57. תָּרַשׁ: inde תַּרְשִׁישׁ, quod quære in רָשַׁשׁ; Pag. Ubi poſitum eſt ſine diſcretione, ſeu ratione, inquit Kimchi. Lapis eſt pretioſus vergens ad colorem Hiacynthinum, vide illîc: Merc. תַּרְשִׁישׁ, m.eſt Beryllus Thalaſſius, ſive marinus: lapis pretioſus, Exod.28.20. Sed eſt etiam Urbis maritimæ nomen, Tarſis, Jonæ 1.3. Bu.Lex. תַּרְשִׁישׁ, Tharſis: Nomen erat filii Javan: à quo deinde terra ſive regio, quam ipſe incoluit, nominari cæpit: ibique eſt mare altum quod Mediterraneum, ſeu Oceanus vocatur, in quo vehebantur Naves magnæ, ut tranſeant in Ophir, pro auro & lapidibus pretioſis: hinc etiam pro mari ſumitur, item, pro auro Ophirico, ſeu Obryzo,& tandem, pro gemmis ſeu lapidibus Hyacinthi. Gen.10.4. Et filii Javan erant Eliza, & תַּרְשִׁישׁ; Tharſis, &c. Pſ.48.8. vento Orientali confringes naves Tharſis,i.e. Naves marinas, 1 Reg.22.v.6. áne: Joſaphat fecit decem naves Tharſis, ut irent in Ophir pro auro, Ex. 28.21.& 39.13. Ordo quartus eſt,Tharſis,(i e. Hyacynthus) & Onyx,&c.Pſal.72.10. Reges Tharſis,& inſulæ, munera afferent,&c. Av. &c. vide in Rad. ante nominata, viz. רָשַׁשׁ, ubi No. hoc fuſiùs explicatur.

Rad.58. תֵּשַׁע, novem: fœmineum eſt: Pag. Bu. &c. Ergo abſolutum eſt תֵּשַׁע per Tſeri, Deut. 3. 11. תֵּשַׁע אַמּוֹת novem Cubitorum longitudo ejus: Merc. Cev. Eſt gen.fœm.& cardinalis numeri: Av. 70. ἐννέα; novem: Cocc. prout ſcil. hoc No. ſ. f. (licèt in forma maſc.ut reliqua nomina numeralia)in forma abſol.cum Tſeri ſc. & pathach occ.ſimpl.& cum וְ vel וַ cop. præf. ut ſeq. תִּשַׁע novem, Gen.5.27.. 11.19,24. Exod.38. 24. Lev.25.8.Deut.3.11. Joſ.15.44,54.2Reg.17.1..18. 10. וְתִשַׁע & novem. Gen.17.1. Neh. 11.1. וְתֵשַׁע & novem, Gen.17.24. Joſ.15.32. 2 Reg.14.2..18.2.. 15. 13,17. 2 Chron.16.12..25.1..29.1. & in forma ſ. fæm. conſtr. cum ſcheva ſcil. & pathach occ. ſimpl. & cum וְ cop.præf.ſic, תְּשַׁע novem, Gen.5.5..9.29..11.25. Joſ. 19.38..21.16. Jud.4.3,13. 2 Reg.25.8. 1 Chron.9.9. Ezr.2.8,36. Neh.7.38,39..11.8. Jer.52. 12. וּתְשַׁע & novem, Gen.5.8..11.14..20.27. Atque hinc eſt, No. תְּשָׁעָה, m. idem, novem: Item, Nonus: Pag.Bu. Eſt numerus cardinalis & gen. maſc. (licet term. fæm. ut pleraque numeralia) ſed aliquando pro ordinali numero ſumitur, (viz. pro nono. 2 Reg. 25. 3.) Av Occurrit autem hoc no. abſol.ſ.m. in term.fæm. ſimpl. & cum וְ cop. בְּ & לְ præf.ut ſeq. תְּשָׁעָה novem,Num. 1.23..29.26. 2 Sam 2.30..24.8. 1 Chron.2.8.,24.16. Ezr.1.9. וְתִשְׁעָה & novem, בְּתִשְׁעָה in nona, Lev.23.32. 2 Reg.25.3. Jer.39.2..52.6. לְתִשְׁעָה in nona, 1 Chron.25.26. Item, occ. etiam hoc no. in ſ. conſtr.cum pathach ſcil.in ult. aute Thau (more ſcil. ſing.fœm. conſtr. licèt ſit gen.maſc.) cum לְ præf. ſic, לְתִשְׁעַת ipſis novem.Num.34.13. Joſ.13.7..14.2. Item.2. hinc etiam No.in forma pl.m. (ſed in gen. com. Bu.Lex.) תִּשְׁעִים nonaginta, 70. ἐννενήκοντα: Pag. Bu. Coc. Eſt pluralis numeri & utriuſque generis: Av. prout occ. hoc no. in forma pl. m. ſed gen. com. ſimpl.& cum וְ præf ut ſeq. תִּשְׁעִים Nonaginta, Gen. 5.9..17.1,17,24. 1 Sam.4 15. Ezr.2.16,20, 58.. 8.25. Neh.7.21,25,60. Jer.52.23. Ezech.41.12. וְתִשְׁעִים & nonaginta.Gen.5.17,30. 1 Chron.9.6.Ezech.4.5.Item,3. hinc etiam no. Toar ſeu Adject. viz. תְּשִׁיעִי no-

nus: Pag.Bu. eſt ordinalis & gen. maſc.Av. 70. ἔνατος Nonus: Coc. Prout occ.hoc no.ſ.m. cum הַ & לַ pro לָהַ dem.præf. ut ſeq. הַתְּשִׁיעִי vel לַתְּשִׁיעִי nonus, Num.7.60. 1 Chron.12.12..24.11..25.16..27.12. Ezr. 10.9. Jer.36.9,21. Zach.7.1. לַתְּשִׁיעִי in nono menſe, Hag.2.10.18. cujus forma ſ.f. תְּשִׁיעִית nona, ordinale & gen. fœm.Av. occ.cum הַ dem.præf.vel ſcil.plenè cum jod, vel def.cum chirek tantùm abſque jod ante Thau in ult.locis ſeq. הַתְּשִׁיעִת vel הַתְּשִׁיעִית nona, Lev.25.22.2 Reg.17.7..25.1. Jer.39.1. 52.4. Ezech.24.1.

Rad.59. תָּחַת, inde no.Rad.תּוֹתָח m.Baliſta: metonymicè,lapides baliſtæ: juxta R.Levi. Unde plurali verbo jungitur: Bu. Lex. Jaculum: omne miſſile quod vulnerat ſeu penetrat corpus: Cogn. cum תָּחַת ſub,& תַּחַת proſtravit: Nam hoc genere armorum proſternebantur hoſtes, ut ſubditi eſſe cogerentur. Hinc τάω,τάσκω,τάζω vulnero: τάσις vulneratio: Av. Prout occ. hoc no. ſ. m. Job.41.20. כְּקַשׁ נֶחְשְׁבוּ תוֹתָח; tanquàm ſtipula reputabuntur illi jaculum, i.e, omnia jacula ille floccipendit: Av.70. σφῦρα, Chald. נרגיא; Syrus, נוכא: Arabs, אלנוזך. Id haſtile vertitur.Bochartus ab Arabico ותח factum putat, quod notat,fuſte percutere. Unde eſt מיתחה fuſtis. Aben Ezræ eſt Aries, ἐλέπολις. De pomis conjicit, bombardum notari. Quam cenſet Iſa.27.1. ſignificari nomine gladii magni, duri, fortis: poteſt eſſe baliſta veterum, ut nihilominùs cum ותח Arabico affinitatem habeat. Eſt enim inſtrumentum quod ferit, & fuſtes, lapideſque ad pulſandum emittit: Coc.&c. vide Pag. & Merc. ſupra poſt Rad. תָּוַן: Merc.

Vocabula Quadrata, ſeu Dictiones aut Voces plurium quàm trium Literarum, incipientes a Litera ת *Thau.*

1. תַּחְרָא vel תַּחְרָא: m. juxta R.D.eſt שִׁרְיוֹן lorica; Pag.Bu.Thorax.pectorale,quicquid anterioris duntaxat partis à collo uſque ad coxendicem protenditur: vel eſt veſtis ex corio facta,pendens uſque ad coxendicem.Hinc θώραξ,thorax: θωρακίζω thoracem induo: θωρήσσω armo.Aleph in fine ſcribitur pro He,cognationis gratiâ: Av. 70. vertunt תַּחְרָא, συμπλοκὴ συνυφασμένη: Chald. שִׁרְיָן: Cocc. Occurrit autem hoc No.ſ.m.ſimpl. Exod.28.32. ſicut os, i,e.ora, תַּחְרָא (in quibuſdam exempl. ח ſcribitur: Merc.) loricæ, erit illi. Hieron. ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus.Idem cap.39.23. Pag.velut os loricæ eſto illi: Jun. Sicut os, i e. foramen Thoracis erit ei, ut non rumpatur. Et ſic, 39.23.(&os pallii in medio ejus) כְּפִי תַּחְרָא ut os thoracis vel Loricæ: Av. Os verò illius pallii in medio ejus, velut os loricæ: Jun.Omnes poſt Chaldæum, loricam exponunt: Merc.Cev.

2. תַּחֲרָה: Inde in Conjug. Piel, תִּחֲרָה miſcere ſe, commiſcere ſe: Pag. Miſcuit, commiſcuit: Bu. Lex. Irritavit,provocavit ad certamen, excitavit iratus & cum ardore animi ſui; eſt comp.ex. תַּחַת ſub,& חָרָה, exarſit,ut ſi quis iratus alios tanquàm inferiores deſpicit & provocat ad certamen. Hinc ἐρεθίω,ἐρέθω,ἐρεθίζω:irrito,provoco, ἐριδαίνω idem: ἐρέθισμα, ἐρεθισμὸς irritatio: Av. Occurrit autem hoc verbum in part.piel ſ.m.ſic, Jer.22.15. Quia tu מִתְחָרֶה בָּאֶרֶז miſcens te, ſeu miſces te cum cedro: Pag. Bu. Num regnabis, quòd tu ita irritas, i.e. contendis cum Cedro: Av. An rex eris, quia tu te Cedro circumvallas? i.e. hoc tibi videtur regem eſſe: Kimchi explicat per הַדְּמוּת וְהַהִתְעָרֵב ſimilitudinem & commixtionem: Cocc. Item occ. etiam in fut. Piel, à 3. ſ.m. יִתְחָרֶה, in 2.ſ.m. ſic, Jer.12.5. & quo modo תִּתְחָרֶה miſcebis te, (h.e.tete committes, aſſimulabis, contendes: Merc.)cum equis? Pag. Quo modo irritabis, i.e. provocabis,equos, viz. ad certandum curſu? Av. Quo modo certabis cum equis? poteſt eſſe pro תִּתְחָרֶה ex חָרָה (viz. in fut.hithp. 2.ſ.m.) Coc. Quomodo ergo miſceres te cum equis? Jun. Quidam faciunt Radicem per ſe תָּחַר ejuſdem prope ſignificatûs cum חָרָה ad animum, inquiunt, relato, ut ſit ardere zelo: exardeſcere æmulatione, & invidia extimulari, percitum eſſe. Ex quâ poſtea faciunt piel. Jer.12. tranſitivum.inflammabis, facies fremere equos, qui etiam æmulatione laborant. Sed ſatius eſt & Jer.22. intranſitivé pro æmulari. ſeu exardeſcere in, exponi. Poteſt ergo duplex Radix eodem ſenſu ſtatui, חָרָה unde חִתְחַר in hithpael, ut illic dictum eſt, & חִתְחָרָה, vel ה, quadrata,He in fine adjecto: ut in הִשְׁתַּחֲוָה, & aliis nonnullis: Merc. Cev. תִּתְחַר quære in חָרָה, in hithpael, quod ponitur pro תִּתְחָרָה vel תִּתְחָרֶה: Pag.Bu.Lex. Et ſi habeat formam תִּפְעַל: qui eſſet à Radice תָּחַר: Merc.

3. תְּכֶלֶת, hiacynthus, &c. ſuprà ponitur in Rad. תָּכַל: Merc. ubi illud vide.

4. תַּלְתַּלִּים cincinni.&c, & quum cincinni in fine ſui colliguntur, quære in Rad. תָּלַל, Merc.Pag.

5. תָּעַתַּע vel תָּעְתַּע, aut תָּעַע ſeduxit: Av. Errare fecit, ludificavit: Bu.Lex.Cocc. Eſt geminàtum ſeu quadratum piel: Pag.Av. Geminatis ſcil. duabus literis radicalibus à Rad. תָּעָה: Bu.Lex. Av. Seu forma quadrata ab ea Rad.Cocc. prout occ. in part.piel, ſ.m. cum מְ præf. ſic, Gen.27.12. & ero in oculis ejus, כִּמְתַעְתֵּעַ tanquàm errare faciens: i.e. tanquàm deceptor. Targum כִּמְתַלָּעַ(ſed in noſtris exempl.per ב in fine ſcribitur: Merc.)tanquam ſubſannator,A.E. tanquàm vir qui errare facit alios: Pag. Sicut ſeductor: Bu.Lex. Tanquàm is qui errare facit aliquem: viz. inſidiis: Av. ut ludificator: Cocc. & videbor in oculis ejus tanquàm planus: i.e. ſeductor artificioſus, atque veterator ſummus alios in errorem inducens: Jun. Sicut errare faciens,impoſtor: Bu.Conc.In hithpael, הִתְעַתֵּעַ five הִתְעָתֵּעַ ſeductus fuit; Bu Lex.Fecit ſe errare, feduxit ſeipſum: Av. prout occ. part. hithp. (a ſ.m. מִתְעַתֵּעַ)in forma pl.m,cum י cop.præf. ſic, וַיִּתְעַתְּעוּ & errabant in Prophetis ejus: vel,& ſubſannabant Prophetas ejus. ut alii exp. quod non placet, quia Hithpael non eſt Conjug. tranſit.2 Chr. 36.16. ubi Hieron.exp. illudebant prophetis: Pag. & ſedu-

ſeducebantur, &c. Bu. Lex. Et errare facientes, ſeducentes: Bu. Conc. & ſe faciebant ſeducere prophetas ejus i.e. illudebant prophetis ejus: Av. & ludificabantur prophetas ejus: Cocc. Dicebant ſe circumduci per prophetas ejus: Jun. Atque inde ex hoc verbo geminato ſeu quadrato תַּעְתַּע eſt no. itidem quadratum in forma pl.m. תַּעְתֻּעִים aberrationes, ſeductiones: Bu. Conc. Errores, ſeductiones graves, ſubſannationes; Pag. Bu. Av. Ludibria: Cocc. prout occ. Jer. 10. 15. מַעֲשֵׂה תַּעְתֻּעִים opus errorum, vel ſubſannationum: ut Targ. vertit, i.e. dignum ſubſannatione & irriſione. Idem cap. 51. 18. Pag. (vanitas ſunt ipſi, & ſunt) opus errorum, &c. Av. Opus ludibriis dignum, vel ad ludificationem comparatum. Cocc. vanitas ſunt, opus aberrationis maximæ: Hebr. Opus aberrationum, ſeu ſeductionum: Jun.

6. תִּשְׁרִי: September, menſis ſeptimus, in quo colligitur ſeu exprimitur muſtum: ideòque eſt cogn. cum תִּירוֹשׁ, i.e. muſtum: Av. Hic quidam ad extremum addunt תִּשְׁרִי nomen ſeptimi Hebræi menſis, qui in noſtrum Septembrem cadit, magna ex parte: & primus eſt, politicè, ſed in ratione feriarum, ſeptimus: á תִּירוֹשׁ muſto, literarum tranſpoſitione dictum putant, ex יָרַשׁ, quòd eo menſe fiat vindemia. Hebræorum quidam á remiſſione, ſeu ſolutione peccatorum, ob diem expiationis, qui eſt 10. ejus dictum volunt, qu. יְשַׁרֵּי ſolves. Dicitur & menſis אֵיתָנִים, 1 Reg. 8. 2. ob aream tum temporis per viros fortes, in templum recéns á Solomone conſtructum tranſlatam, item ob validas preces tum habitas, & magna & multa ſacrificia tunc facta. Ab eo & anni remiſſionis ſeptimi, & Jubilæi initium ſumebatur, & paſſim in aliis negotiis, extra ferias. Sed nota non inveniri hoc Nomen in Scriptura, ſicut nec alia quatuor menſium nomina: vide initium Tisbi: Merc.

בָּרוּךְ הַנּוֹתֵן לַיָּעֵף כּוֹחַ וּלְאֵין אוֹנִים עָצְמָה יַרְבֶּה׃

POSTSCRIPTUM;

CONTINENS,

Ad Linguæ *HEBRAICÆ ſtudia*, Paræneſin.

PAræneſin hanc, quatuor circiter, abhinc, retrolapſis Annis, THESAURO *Græcæ Linguæ reſerato, ac in Epitomen redacto,* &c. *tunc in lucem edito, ut Poſtſcriptum Græci illius Operis ſecundum, quamvis appoſuerim; Attamen, quum in ultima hujus Lexici Concordantialis Hebraici Schedula, tres reſtarent albæ, ſeu vacuæ Paginæ; Poſtſcriptum idem, ut huic etiam operi, ad hæc ipſa ſtudia penitus adaptato, non minus appoſitum, immo multo, potius, magis proprium, ſtatui ſubjiciendum; & à Deo ipſo Optimo, Maximo, votis precor ardentibus, ut, totum hoc opus, (& quodcunque aliud hujuſmodi, ad Linguam Sanctam facile diſcendam, utiliter accommodatum,) ſtudioſis omnibus, piis, ſeriis, & cordatis, vera ipſius Dei verba, vere diligentibus, efficaciſſime benedicatur.* [Paræneſis *prædicta ſequitur.*]

SUpereſt unicum, quod licet ultimò, quam maximè tamen ſeriò, Vobis, Cordatis, & ſeriis Studioſis omnibus, propoſitum velim intentiſſimè perpendendum: Id autem eſt: ut ſtudioſos, quamvis optarim omnes, acumine congruo præditos, quàm celerrime poſſent, (& pro poſſe, hâc vice, meo, eos adjuvârim in itinere) literatas adirent *Athenas*; eaſque, properſpectione plena, peragrarent; minimè tamen vellem, ut in earum plateis, quantumvis licet decoratis, & ornamentis quibuſvis variegatis, totam tranſigerent vitam, nec ulteriùs progrederentur; ſed iis ſemel perluſtratis ſolidè; quam-

primùm

primùm possent posteà, lumbos accingerent, &, totis viribus, ad sacrosanctà contenderent *Hierosolyma*; Ad *Hierosolyma*, inquam, Civitatem, (variè consideratam,) tantâ, dignitatis & gloriæ, distantiâ, non tantùm *Athenas*, sed reliquas, in Universo terrarum orbe, cunctas superantem urbes, quantâ. Cœlum ipsum ultimum & supremum, terram superat imam etiam & infimam; quippe, quæ, Civitas Maxima, Regis Maximi, Dei nimirùm, ipsius, à Deo ipso, nominatur; &, in qua, non solum, antiquitùs, Deus ipse, familiaribus suis, modis quibus voluit variis, erat notus; eosque sæpissimè familiariter, est allocutus; Sed, &, novè, temporum scilicet in plenitudine, cum hominibus quibuvis, opportunè sibi obviis, familiarissimè, & in carne, conversatus est; &, in qua, sacrosancta hæc Eloquia atq; Salutaria, quæ Deus ipse Gloriosus, cum hominibus, disserebat, homo, reponebantur; ut Thesaurus Cœlestissimus, planè, ac plenè Divinus; debito tempore, terminatâque mensurâ, per totum terrarum Orbem, & per Futuras Generationes hominum omnes, communicandus evulgandus, & distribuendus. Hanccine Civitatem, talem, tantam, & prærogativis adeo, divinitùs, donatam Gloriosis, juvenes, & Studiis dediti, cuncti curiosi, non vultus invisere? Portionem vestram, ex Thesauro illo Divino, *Hierosolymis* repositò, viz. Ex Divinis Eloquiis. Universum Orbem, aliquando, pervolandis, negligetis, aut cunctabimini, participes ejus fieri? *Homerum* aut *Demosthenem*, &c. *Horatium*, aut *Ciceronem*, &c. Vel alios quosvis, hujusmodi Claros, *Athenis*, vel *Romæ* canentes, vel perorantes, ardenter vultis captare? & eorum verba, hiatu peravido, vultis aucupari? &, prætiosissimum vestrum tempus totum, cum iis, vultis conterere? Atque, interim, *Mosen* & *Prophetas*, aut hujusmodi viros, verè cœlestes, & numine, prorsus, ac verè Divino, raptos & elatos, *Hierosolymis*, & cœlitùs eloquentes, immo, Altissimum ipsum, tam, ut Deum, quàm ut hominem, exinde, altitonantem, & verba, verè & reipsà, Divina, fundentem, dignari non vultis auditu? Longissimè absit, & avertatur, ab omnibus animis ingenue Studiosis, influxus hujusmodi adeò infernalis: Sed, oportet cohibeam meipsum: Novi satis, Lectores quoslibet Cordatos, nosse, quò tendam. At jue, equidem, ut, intima proferam excogitata; ex quo. Lingua Sacrosancta, Hebraica, & Veteris Canonis Textus Sacrosanctus, in ea, scriptus, Ope Divinâ, reddebatur aliquo modo mihi familiaris; sum, exinde, semper Opinatus, in unica re qualibet alia nulla, Orci stratagemata, prævaluisse magis, contrà felices, & efficaces, Religionis Christianæ, progressus, in puritate Doctrinæ, & Pietate vivida; quàm in adeò generali neglectu, & notitiæ defectu Linguæ Hebraicæ, verè divinæ: In illa namque, & in textu, divinitùs, nobis, in ea, tradito, si solidè, seriòque, saperent homines, & salutares exinde, scaturientes aquas, seipsos assuescerent exhaurire; tantam, adeóque efficacem, medullam, & adipem Spiritualem, cœlestem, & salvificam, ubertissimè, ad solatium animarum, perciperent, affluentem; ut, quicquid, Divino, & Cœlesti sapore, non tinctum, prorsus iis esset insipidum, penitúsque fastidiendum: In textu, præterea, ipso Divino, alta, profundáque adeo mysteria, quotidiè perspicerent, non solùm indaganda, & eruenda; sed, &, diligenti, humilíque scrutinio, certissimè reperienda, ad animarum, adeò uberrimam expletionem; ut, pleræque istæ controversiæ litigiosæ, , quæ Orbem Christianum, & varias, in eo, Sectas, & Societates, tamdiu vexarunt & distorserunt, &, quibus usus est inimicus hominum Salutis, pro Stratagematis ejus præcipuis, ad Concordiam & Charitatem, inter Christianos, submovendam, & ad dissidii animorum semina, inter eos, pernicioſissimè spargenda; Textuali Viro, cum contemptu, fastidióque maximo forent despiciendæ, &, ut tales minutiæ triviales, abigendæ, quarum, vix singula earum centena, tanti haberetur illi, ut, á Textu ipso Sacro, horulà vel unicâ, ad eam pensitandam, nedum disputandam, seipsum avocari, pateretur: Quæ autem, reverà, solidæ essent, ac Divinæ veritates, pro quibus, quidem, acriter contendere par est; eæ, luculenter adeò, ipsi, ex ipso Textu intellecto, paterent conspicuæ, ut, errores, & veritatibus iis contraria figmenta, statim rejiceret, ac, in veritate quacunque, ibi divinitùs fundata & firmata, sedatus, & quietè, discumberet, fixus, & stabilitus, ut rupes, contra cunctos fluctus infernales, veritatem talem concutientes, aut labefactare tendentes: Et, quî aliter fieri potest? Cùm Deus ipse, in Textu loquens, subministret quoque Spiritum ejus, ad verum verborum ejus intellectum, rectè, scil. illud debitéque lecturientibus. Hæc, cum ita sint; minimè mirum est, eos, qui contemptui, aut neglectui, habeant fontes, salutis ipsius, & vitæ Spiritualis, ac veræ, scaturientes aquas; sibi ipsis, cisternas aridas, & aquarum salutarium minime capaces, effossuros; ita enim, talibus, verè, ac severè, veritas ipsa minitatur. Hujusmodi plura, immo, plurima, Theologiæ, præcipuè studiosis, restant suggerenda; hic, autem, non tam tempori, quàm ultimæ, hujus Operis, diu expectati, Schedulæ, Chartæ parcendum perituræ. Vos autem, & reliquos cunctos Christianos Studiosos, scisitari vellem; quamnam ob causam? & præjudicio quonam? contemptui habetis, aut neglectui, studia Hebraica? An quia studia hæc, præ Linguarum studiis aliarum, difficiliora multò sint, & intricatiora? Tale nihil verum est, ingenui Studiosi: Immo, vanissimum, hoc, & falsissimum esse præjudicium, plenè potuit & fusé demonstrari, cùm ex natura, & proprietatibus ipsius Sanctæ Linguæ, docendæ, discendæque, facillimæ: (utpote, in cujus nominibus, nulli sunt casus variandi, & in cujus Verbis & Conjugationibus, modi sunt nulli, præter unum, in aliis Linguis, Indicativum appellatum: & tempora tantùm sunt duo, Præteritum & Futurum; pro præsentibus, nimirum, in ea, participiis usurpatis; & in toto Textu, bis viginti, vix occurrunt, appellativa composita, &c. Ac proinde,) &, præ omnibus aliis ab ea Derivatis (quippe, aliarum omnium, primævæ Matris, & Originis,) immensis vere (ut ab immenso, proficiscentis, Deo) parasangis, simplicissimæ: Tum ex eruditorum multorum, immo ex quorumvis, solidè ac seriò sese studiis hisce dicantium, experientiâ, planè contrarium, plene comprobante, pleniſsiméque demonstrante, facillima, simul ac jucundissima

cundiſſima eſſe, hujus Linguæ divinitùs, primævæ, ſtudia: Ex quibus, ego, (vix talia publicè declarandus, nedum jactabundus, abſque hoc motivo, mihi non exiguo, viz. ad exacuanda ſtudioſorum ingenia, & ad incitandam eorum indolem & induſtriam, ut Linguæ Sanctæ ſtudia, cum alacritate capeſſerent;) non poſſum, non, Lectoribus omnibus, indicare; quod, quum Hebraicis ſtudiis meipſum applicui, ab Alphabeto etiam ipſo, exorſus, exarando, neminéq; etiam exiſtente mihi præceptore, aut docente quopiam; cum *Ariomontani* Bibliis interlinearibus, & *Buxtorfii* Grammatica, Lexicóque: quatuor menſium temporis ſpatio, Divinâ Ope, Studiis, & Induſtriæ meæ, propitiâ: eo uſque ſum progreſſus, ut *Pſalmos*, *Jeſaiam*, *Jobum*, & *Prophetas minores*, Textus Hebraici difficillimos libros, totos; Vocabula reſolvendo, perlegerim; & reliquos Libros Hiſtoricos Hebraicos, reddiderim mihi familiares, etiam ad eos, ſine punctis Vocalibus, legendos, & intelligendos: & quatuor, circiter, aliis ſuccedentibus menſibus, eoſdem prædictos libros difficiliores, rurſus, ſemel; Chaldaicáque Textualia, ſecundâ, vel tertiâ vice, reſolveram: atque ſimul, Chaldaicæ, Syriacæq; Grammatices compendia tranſcripſeram, & *Syriacum Pſalterium*, intellectu facile mihi dederam: Qualis progreſſus, etiam ulterior, fieri poſſe, ex hoc apparet evidens: quòd, poſtea, ſtudioſos varios, in Fundamentis Hebraicæ, Chaldaicæ, & Syriacæ Grammatices, Hebraico, Chaldaicóque textui Biblico, & *Pſalterio Syriaco*, congruenter adeò applicandis, edocui: ut, in iis, præceptore, non ulteriùs indigerent: idque quatuor vel quinque menſibus, bis, vel ter, hebdomade, & ſingulis vicibus, horis, circiter, tantummodò duabus, eos conveniens: Immo, ſeptimanâ, tantum, unicâ, ſtudentes quoſdam ingenioſos, quos tempus, & occaſiones, urgebant, in Fundamentis Linguæ Hebraicæ neceſſariis, & in iis, praxi textuali applicandis, inſtitui; & in tantum edocui, ut ipſi perviderent, ſe nihil ulteriùs indigere præceptore, ad Biblia Hebraica perlegenda, & intelligenda, ſi eorum propriam adhiberent Operam ſolidè ſtudioſam, in libris utendis, quos iis, in hunc finem oſtendi, vel exhibui: Quænam igitur imaginari poſſit, in hujuſmodi Lingua ediſcenda, difficultas? quum, multa talia, multorum experientiis, comprobata ſint, & comprobari poſſint, ſi concurrere contingant, apti diſcipuli, cum præceptoribus aptis. Fortean, autem, ſuſpicari poſſit, nullas, vel paucas, habere hanc Linguam, illecebras, vel utilitates, quæ ingenua captent & inclinent ingenia, ad ejus ſtudia capeſſenda. At, falſiſſima, talia eſſe præjudicia, ſatis id oſtendit, quod, nunquám, quiſquam, Linguæ Sanctæ ſolidè gnarus, & Divinæ Veritatis, in ea, primitùs, exhibitæ nobis, Amicus Cordatus, hujuſmodi quidpiam aſſeruerit: Immo, é contrá, clamant, ad unum omnes, diſcipuli cœleſtes, cœlitús, in cœleſti Lingua edocti; non ſolum, in nulla alia Lingua, ſed, &, in nulla alia re ſubcœleſti quapiam, delitias poſſe reperiri tales, Spirituales, & cœleſtes, animos, animaſque, plenè raptantes: quales, certiſſimè, reperiendæ ſunt, in Divinis verbis & veritatibus, in Hebræo, primitús, (&, ex eo, deinde, in Græco) textu, contentis, & hominibus ad ſalutem animarum æternam, divinitùs donatis: Teſtis ſit, inſtar omnium, unus, iſque Regius: Centies, enim, & ultrà, in *Davidicis*, non ſolùm, Regiis, ſed verè Divinis hymnis, atteſtatur hoc expertum, & inculcatur: Gaudia nimirum, ex ipſis auri vel argenti, Theſauris etiam millibus, vel ex quibuſlibet aliis, ſub ipſo Deo, rebus etiam maximè deſiderabilibus, atque pretioſiſſimis, quàm maximè affluentibus exorta, nunquàm eſſe, cum lætitiis hiſce Spiritualibus, ex unico, Verborum ipſius Dei, Divinarúmque veritatum, in iis exhibitarum, Theſauro, uberrimè manantibus, imaginabili proportione quâcunque, conferenda: Atque inde patet, itidem, evidentiſſimè; neque ſtudia Linguarum quarumvis aliarum, aut omnium, cum ſtudio Linguæ hujus, in qua verba ipſius Dei, veritatéſque Divinæ, nobis, ab ipſo Deo, exhibentur, imaginatione quâlibet, æquiparari poſſe, rationali: Et, quinam aliter eſſe poſſit? Num enim, excogitata humana, cum ipſis Dei, ſint comparanda, cogitatis? Quæret igitur aliquis, Quænam eſt Prærogativa, Sacroſanctæ Linguæ Hebrææ, præ Linguis omnibus aliis? Immo multis, maxima, modis: Hæc enim Lingua, ipſius Immenſi Dei halitu, cum ipſa anima rationali & Immortali, primo homini, (&, in eo, poſteris ejus omnibus itidem, ab eo, communicanda: niſi priùs à Deo ipſo, perfidé defeciſſent; ac, proinde, poſtea, ut à Deo ipſo, ita, ab ejus Lingua, ut extorres ablegati, debitâ pœnâ, juſtóque judicio, alieni redditi eſſent, & extranei:) primitùs erat inſpirata & infuſa: Deinde in hac ipſa Lingua, Oracula Divina, primitùs tradita fuere conſervanda, & hominibus, ad viam, ſalutis eorum æternæ, demonſtrandam, exhibenda: Quibus Prærogativis quænam imaginari poſſunt eminentiores? Erigite igitur, & arrigite voſmet ipſos, Studentes omnes Ingenui, ut, quamprimùm poſſitis, (non ſolùm, ad literaturam veſtram adaugendam & complendam: ſed, &, præcipuè, ad veſtrarum ſalutem animarum, promovendam & conſequendam:) aquas exhauriatis ſalutares, ex fontibus ipſius ſalutis: ex ipſius Dei nimirùm, verbis, & veritatibus Divinis in iis comprehenſis, ac vobis ad ſalutem veſtram æternam, in Hebræo textu primitùs conſcriptis: Præſertim, verò, munus hoc, non minùs, quàm neceſſario, ſuſcipiendum, incumbit nobis, qui S. Theologiæ ſtudetis, aut intenditis eſſe candidati: Ob curam animarum, paſtoribus Eccleſiæ concreditam: Quid enim, num, pro præceptore, haberetis eum, idoneo, ad prælegendum vobis, & edocendum *Homerum*, aut *Demoſthenem*, &c. Qui nihil unquam ipſe didicerat Græcè, ſed tantum nôrit, eorum, aut talium Authorum, verſionem aliquam Latinam: Diſcipuli quilibet, alterius Scholæ, Græcé edocti, ſubalio præceptore, Græcé prælegente: quibus opprobriis, & invectivis Satyricis, mordaciter inſectari poſſent, audaciam hujuſmodi didaſcali præſidentis? & temerariam ejus ignorantiam, unà cum futili, diſcipulorum ejus, profectu, in ſtudiis eorum, irridere poſſent? Talibus, omnino, vel paribus, ſi non pejoribus, opprobriis, videntur obnoxii, qui verborum *Moſis* & *Prophetarum* ſeſe jactitant, Interpretes, &

& exinde Theologaſtros: quum ea nunquàm legerint, nec intellexerint, niſi per tranſlationes quaſdam, *Latinas*, vel *Anglicanas*, alias quaſcunque Vulgares: quas non nôrunt, nec intelligunt num veræ ſint, necne: quoniam, eas, cum ipſis Dei verbis, per *Moſen* & *Prophetas*, deſcriptis, non poſſunt conferre: nec talem ullam, poſſunt ex ſeipſis, inſtituere collationem. Longé multò, poſſent hæc ulteriùs deduci; ſed hìc, hàc vice, ſubſiſtam; (Pudet, enim, & piget, hujuſmodi, veré nimis, & communiter adeò, poſſe dici; nec poſſe refelli,) &, ut, Cordati cuncti Studioſi, quibus cordi eſt, Veritates Divinas, prout, in ipſius Dei verbis, (&, non, tantùm, in verſionibus humanis) patefactas, pernoſcere; in optimis mediis, ad hunc finem (infra Deum ipſum, &, in eo Salutem, Optimum) aſſequendum, ab ipſo Deo, hujuſmodi conatibus, ſemper, propitio, feliciter dirigantur; perſiſtam, quamdiu, Dei beneplacito, vita mihi ſuperfuerit, ſupplex orans,

Gulielmus Robertſon.

Ad STUDIOSOS omnes *PHILOLOGICO-HEBRÆOS.*

LIteratiſſimus ille Vir, & Chriſtianus Rabbi Doctiſſimus, D.D. Johannes Buxtorfius *Pater, in ſuo Concordantiarum ingenti Volumine, Concordantias tantum compoſuit Hebraicas; in animo tamen ipſi fuit, (ut filius ejus expreſſe aſſerit,) Concordantias etiam Chaldaico-Biblicas, ſeu vocum Chaldaicarum, in ſacro Textu veteris Canonis, occurrentium, Concordantias itidem ſubjungere; ſi Dominus vitæ, longiorem ei vitæ ſuæ conceſſiſſet uſuram: Quod quum Divino non viſum fuerit beneplacito; Concordantias haſce Chaldaico-Biblicas, ut opus novum, (poſt Hebraicas Concordantias abſolutas à Patre* Buxtorfio *& finitas,) maximi illius Patris, D. D.* Johannes Buxtorfius *non minor filius, aggreſſus eſt, & ad finem perduxit. Sic etiam Lexicographi reliqui, vel Lexica tantum Hebraica, nullaque Chaldaica; (ut* Munſterus, Forſterus, Avenarius, *&c.) compoſuerunt; vel poſt Lexica Hebraica finita, Lexica etiam Chaldaico-Biblica, (ut poſt immenſum ſuum volumen Hebraicum,* Pagninus, *in Encheiridio ſuo* Aramæo; *& Cocceius, poſt Lexicon ſuum Hebraicum completum,) de novo concinnarunt. Ita etiam in proſequenda eadem illuſtrium horum Virorum Methodo; (quum jamjam Concordantialia hæc Lexica Hebraico-Biblica, in juſtam voluminis hujus, in Quarto, magnitudinem excreverint;) quamprimum, cum propitio Deo Optimo Maximo, licuerit; Concordantiale itidem Lexicon Chaldaico-Biblicum, eadem, qua hoc præcedens Hebraicum, ſtructura, ſubſequetur compoſitum. Quocum etiam opere, (Concordantiali ſcil. Lexico Chaldaico-Biblico)* Index *Alphabeticus, nove concinnatus, in univerſas voces Hebraicas & Chaldaicas Biblicas, ad eas, quibuſvis in Grammatica Hebræa & Chaldea paululum tantum exercitatis, facillime reſolvendas; & ad earum Analyſin Grammaticam, in hiſce prædictis Concordantialibus Lexicis Hebraico-Chaldaico-Biblicis, digito quaſi demonſtrandam, excogitatur,* (עִם עָוְרַת אֱלֹהֵי הַשָּׁמָיִם) *evulgandus, & in ſtudioſorum omnium, præſertim ſtudia hæc ſancta Hebraica initiantium, faciliorem uſum & progreſſum, publicandus. Quo* Indice, *hiſce prædictis Lexicis Concordantialibus, ſuperaddito, nihil ab humana opera & induſtria, adhiberi poteſt utilius, ad hæc prædicta ſtudia promovenda: prout, quum Deo Opt. Max. bonum fuerit viſum, uſus & experientia ipſa Studioſorum, aperte plene que comprobabit, & plane demonſtrabit.* G. R.

FINIS.

ח ל

ע מ ו ע ש ו

תְּהִלָּה לֵאלֹהִים׃

עֶזְרִי מֵעִם יְהוָה עֹשֵׂה שָׁמַיִם וָאָרֶץ׃